Gaudete in dn̄o semper/ iterū dico gaudete: modestia vestra nota sit oībus hoībus. dn̄s prope est nichil solliciti sitis sed in omni oratione petitiones vestre innotescāt apud deum. ℣. Et pax dei que exuperat oē₃ sēsū: custodiat corda vestra/ et intelligētias vr̄as. Or.

Aurem tuā q̄s dn̄s precibus nostris accōmoda: et mentis nostre tenebras gratia tue visitatinois illustra. Qui viuis ꝗ regnas. ꝑ. Ad corinth. iiij. capitulo

Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die sed neq₃ meipsū iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autē iudicat me: dn̄s est. Itaq₃ nolite ante tempus iudicare: quo adusq₃ veniat dn̄s qui et illuminabit abscōdita tenebrarum/ et manifestabit consilia cordium. Et tūc laus erit vnicuiq₃ a deo. Gr. Qui sedes dn̄e sup̄ cherubin exita potentiā tuā ꝗ veni. ℣. Qui regis isr̄l̄ intende: qui deducis velut ouē ioseph. Allā. ℣. Exita dn̄e potentiam tua₃ ꝗ veni vt saluos facias nos. Sequentia

Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta. Tu plebi tua₃ ostende magnā excitando potentiam. Presta illi dona salutaria: Quē predixerūt prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu veni domine arua. ¶ Secundum matheum. xi. Capitulo.

In illo tempore: Cum audisset iohannes invinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis/ait illi. Tu es qui venturus es: an aliũ expectamus? Et respondens iesus/ ait illis Euntes renũciate iohanni que audistis & vidistis. Ceci vident/ claudi ambulant/leprosi mundãtur Surdi audiunt/ mortui resurgunt/pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus i me. Illis autẽ abeũtibus: cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre? Arundinẽ vento agitatã? Sed qd existis videre? Hoĩem mollibus vestitũ? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis & plusq̃ prophetã. Hic est eni de q̃ scriptũ est Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã: qui preparabit viã tuam ante te. Offer. Bñdixisti dñe terrã tuã: avertisti captiuitatẽ iacob: remisisti iniq̃tatẽ plebis tue. V. Operuisti oĩa pctã eo4 mitigasti omnẽ iram tuam. V. Ostende nobis dñe miaʒ tuã: & salutare tuũ da nobis (Secre.

Devotionis nr̃e tibi dñe q̃s hostia iugit̃ imolet̃ q̃ et sacri peragat instituta mysterij & salutare tuũ nobʒ mirabilit̃ operet̃. P. Pfa. q̃tid. Cõ. Dicite pusillanimes & confortamini & nolite timere: ecce de9 nr̃ veniet & saluabit

Implorami9 dñe (nos p9cõ. clemẽtiã tuã: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos ad festa vẽtura nos preparẽt. p. Fe. quarta quattuor tpm. Offm.

Rorate celi desuper/et nubes pluant iustũ: aperiatur terra et germinet saluatorẽ. V. Et iusticia oriatur simul: ego dñs creaui eũ. Sequat̃ oratio sine. Dominus vobiscũ sed tantum cum. Oremus. Oratio.

Presta q̃s omps deus: vt redemptionis nostre ventura solennitas / et presentis nobis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis premia largiatur. Per dñm. Lcõ ysaie pphete. ij. ca.

In diebus illis: Dicit ysaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi in verticẽ montiũ: et eleuabitur super colles Et fluent ad eum omnes gentes: et ibũt populi multi et dicent Venite ascendamus ad montẽ dñi et ad domũ dei iacob et docebit nos vias suas/ & ambulabimus in semitis eius q2 de syon exibit lex/ & verbũ domini de hierusalem et iudicabit gentes et arguet populos multos. Et cõflabũt gladios suos in vomeres & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium nec exercebunt vltra ad prelium Domus iacob veniet: et ãbulem9 in lumine dñi dei nr̃i. Gr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales et introibit rex glie. V. Quis ascendet in mõtẽ dñi aut q̃s stabit i loco sãcto eius inocẽs manib9 & mũdo corde. Hic non repetat̃ gra V. sed statĩ sequat̃ Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio

Festina quesum9 dñe ne tardaueris: et auxilium nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui cõsolationibus subleuentur: qui in tua pietate confidunt qui viuis. Hic dñr memorie cõsuete. Lectio ysaie pphete. vij.

In diebus ills: Locutus est dñs ad achaʒ dicẽs. Pete ti-

bi signū a dño deo tuo in profundū inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petā: et non tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nūquid parū vobis est molestos esse hoib⁹/q₂ molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: & vocabitur nomē eius ēmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malū: et eligere bonum. ℟. Prope est dñs oib⁹ iuocātib⁹ eū: oibus q̄ iuocāt eū i veritate. ℣. Laudē dñi loquetur os meū: et benedicat ois caro nomen sāctū ei⁹. Repetat grad. Scdm lucam. i. ca.

In illo tēpore: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth/ ad virginē desponsatā viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit Aue gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone ei⁹: & cogitabat qualis esset ista salutatio Et ait angelus ei. Ne timeas maria: iuenisti eni gratiā apud deum Ecce concipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomen eius iesū. Hic erit magn⁹: & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedē dauid patris ei⁹: & regnabit in domo iacob in eternū/ et regni ei⁹ nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet istud/ qm̄ virū non cognosco? Et respondēs angelus: dixit ei Spūs sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq₃ et quod nascet ex te sanctū: vocabitur fili⁹ dei Et ecce helizabeth cognata tua et ipsa cōcepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi q̄ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deū oē verbum. Dixit autē maria: Ecce ancilla dñi: fiat michi: secūdū verbū tuū. Off. Aue maria gr̄a plena dñs tecū bn̄dicta tu in mulieribus: et bn̄dict⁹ fructus vētris tui. ℣. Ideoq₃ et qđ nascet ex te sāctū/ vocabit fili⁹ dei Et dicitur cum suo ℣su. Secreta.

Salutari ieiunio cōpetentes dñe hostias imolamus: presta vt ad natiuitatem panis eterni his officijs p̄paremur. Per eūđ Prefatio quotiđ. Cō. Ecce virgo cōcipiet & pariet filium et vocabit nomen eius emmanuel. Postcōio

Salutaris tui dñe munere satiati supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu/ remouemur effectu. Per dñm ¶ Feria vi. quattuor temporum. Officium

Prope esto dñe: et omēs vie tue veritas initio cognoui de testimonijs tuis/ q₂ in eternū tu es. Ps Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Excita q̄s dñe potentiam tuā et veni: vt hi qui in tua pietate confidunt: ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis. Lectio ysaie prophete. xi. capitu.

Hec dicit dñs deus: Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus dñi/ spiritus sapientie et intellectus/ spūs consilij et fortitudinis/ spūs scientie et pietatis/ et replebit eū spiritus timoris dñi. Non secundum visionē oculorū iudicabit: neq₃ scđm auditū auriū arguet: s₃ iudicabit in iusticia paupes: et arguet in equitate p mansuetis terre.

Et percutiet terrā virga oris sui ꝛ spū labioꝝ suoꝝ interficiet impiū. Et erit iusticia cingulū lumboꝝ eius: et fides cinctoꝛiū regnū eius Gr. Ostēde nobis dn̄e miam tuā et salutare tuū da nobis. ℣ Benedixisti dn̄e terrā tuā; auertisti captiuitatem iacob. Repetatur grad.

¶ Secundum lucam. i. capitulo.

In illo tēpoꝛe: Exurgēs maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie/ et salutauit helizabeth. Et factum est vt audiuit salutationē marie helizabeth: exultauit infās i vtero eius. Et repleta est spiritu sācto helizabeth: et exclamauit voce magna ꝛ dixit. Bn̄dicta tu inter mulieres: et benedict⁹ fructus vētris tui Et vnde hoc michi / vt veniat mater dn̄i mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: qm̄ perficiētur ea que dicta sūt tibi a domino. Et ait maria Magnificat aīa mea dn̄z: ꝛ exultauit spūs meus: i deo salutari meo Offer. Deus tu ꝯuersꝰ viuificabis nos: et plebs tua letabit̄ i te ostēde nobis dn̄e misericoꝛdiā tuā: ꝛ salutare tuū da nob. ℣ Bn̄dixisti dn̄e terrā tuā / auertisti captiuitatem iacob/ remisisti iniq̄tatē plebis tue ℣ Misericoꝛdia et veritas obuiauerūt sibi/ veritas de terra oꝛta est et iusticia de terra ꝓspexit. Secre.

Sacrificijs q̄s dn̄e salutarib⁹ his diebus aptemur ꝓpen̄sius: quibus illud est mysteriū celebꝛandū: cui seruit omnis executio mandatoꝛū. Per dn̄m. Prefatio quotidiana. Coīo. Ecce dn̄s veniet et oēs sancti eius cū eo: et erit in die illa lux magna. Postcōio.

Perfice q̄s domine miam tuā populo supplicāti: quem tuoꝛū refectū largitate donoꝝ et instātius gratiā postulare maioꝛem et fiducialī⁹ sperare cōcedas. P d.

¶ Sab. q̄ttuoꝛ tpm ad miss. Offm.

Ueni et ostēde nobis faciem tuā dn̄e qui sedes super cherubin et salui erim⁹. Ps. Qui regis israel intēde: q̄ deducis velut ouē ioseph. Oēs oꝛationes sine. Dn̄s vobiscum. Dicuntur preter vltimam que est ante epystolā sed tantū cū Oꝛemus. Et omnes lectiones cū suis titulis legantur. Oꝛemus.

Deus qui cōspicis quia ex nostra prauitate affligimus cōcede ꝓpicius: vt ex tua visitatione ꝯsolemur. Qui vi. et re. cū deo.

¶ Lectio ysaie ꝓphete. xix. cap.

In diebus illis: Clamabunt ad dn̄m a facie tribulantis: et mittet eis saluatoꝛem et ꝓpugnatoꝛē qui liberet eos. Et cognoscet̄ dominus ab egypto: et cognoscent egyptij dn̄m in die illa: et colent eum in hostijs et muneribus/ et vota vouebunt dn̄o et soluent Et percutiet dn̄s egyptū plaga: et sanabit eam. Et reuertent̄ egyptij ad dn̄m et placabitur eis: et sanabit eos/ dominus deus noster. Gr. A sūmo celo egressio ei⁹: ꝛ occursus eius vsq3 ad sūmū eius. ℣. Celi enarrāt gloꝛiā dei: ꝛ opa manuum eius annūciat firmamētū. Non repetatur grad. sed dicatur statim. Oꝛemus Oꝛatio.

Concede q̄s omps deus: vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute depꝛimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum vi.

Lectio ysaie prophete .xxxv. capi.

Hec dicit dn̄s: Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo/et florebit quasi lilium. Germinās germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbunt gloriam dn̄i: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes cōfortamini: et nolite timere. Ecce deus noster vltionē adducet retributionis: deus ipse veniet et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorū: & aures surdorū patebunt. Tūc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorū. Quia scisse sūt in deserto aque: et torrentes in solitudine. Et que erat arida in stagnū & : sitiēs i fōtes aquarum. Ait dn̄s: omp̄s. Gr. In sole posuit tabernaculū suū: & ip̄e tā᷑ spōsus p̄cedēs de thalamo suo. V. A sūmo celo egressio ei⁹: & occurs⁹ eius vsq₃ ad summū eius. Oratio

Indignos nos q̄s domine famulos tuos quos actionis proprie culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Qui tecū

Lectio ysaie prophete .xl. capitu.

Hec dicit dominus: Sup mōtem excelsum ascende tu qui euangelizas syon: exalta in fortitudine vocem tuā qui euāgelizas hierusalem. Exalta noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dominus deus in fortitudine veniet: et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Sicut pastor gregē suū pascet: in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos dn̄s deus nr̄. Gr. Dn̄e deus virtutū cōuerte nos: et ostēde faciē tuā & salui erim⁹. V. Excita dn̄e potētiā tuā & veni vt saluos facias nos. Sequit. Orem⁹. Or.

Presta q̄s omp̄s deus: vt filij tui ventura solennitas: et p̄sentis nobis vite remedia conferat: et premia eterna cōcedat. Per eund̄.

Lectio ysaie p̄phete .xlv. ca.

Hec dicit dn̄s: Xp̄o meo cyro cuius apprehendi dexteram: vt subijciā ante faciē eius gentes: et dorsa regū vertā et aperiā corā eo ianuas: et porte nō claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conterā: et vectes ferreos ꝯfringā. Et dabo tibi thesauros abscōditos & archana secretorū: vt scias qr ego dn̄s q̄ voco nomen tuū de⁹ israel: propter seruū meū iacob: et israel electū meū. Et vocaui te noīe tuo assimilaui te et nō cognouisti me. Ego dn̄s/et non alius: extra me non est deus. Accinxi te et non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidēte/qm̄ absq₃ me non est deus. Ego dn̄s: et nō est alter. Formans lucem/et creans tenebras: faciens pacē/et creans malum. Ego dn̄s: faciens oīa hec. Rorate celi desuper: et nubes pluant iustū. Aperiatur terra/et germinet saluatorē: et iusticia oriat̄ simul. Ego dn̄s creaui eū. Gr. Excita dn̄e potētiā tuā & veni: vt saluos facias nos. V. Qui regis israel itēde: q̄ deducis velut ouē ioseph q̄ sedes sup cherubin, appare corā effraim beniamin et manasse.

Sequatur. Oremus. Oratio

Preces populi tui quesum⁹ domine clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis et reg.

Lectio danielis prophete. iij. cap.

Angelus dn̄i descendit cum azaria et socijs eius in fornacē: et excussit flāmā ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quasi vētū roris flātē. Flāma aūt diffusa est sup fornacē cubitis quadraginta nouē: et incēditq̄s repperit iuxta fornacez de caldeis ministros regis q̄ eā incēdebant. Illos. autē oino nō tetigit ignis neqz cōtristauit: nec quicq̄ molestie itulit Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabāt et glorificabant: et benedicebant deū in fornace dicentes. Duo clerici de scd̄a forma / in suppellicijs ad gradum chori cantent tractum

Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorum ℣ Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idē repetat. Clerici. ℣ Et benedictuz nomen glorie tue quod est sanctū Chorus dicat. Et laudabile ⁊ gloriosum in secula Clerici. ℣. Bn̄dictus i tēplo sctō glie tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣ Benedictus es super thronum sāctū regni tui. Chorus Et laudabilis. Clerici. ℣. Bn̄dict⁹ es super sceptrū diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣ Benedictus es qui sedes sup' cherubin intuens abyssos. Chor⁹ Et laudabilis. Cle. ℣ Benedictus es qui ambulas super pēnas ventorum Cho. Et laudabilis. Cle. ℣. Benedicant te oēs angeli et sancti tui. Cho Et laudent te et glorificent in secla. Cle. ℣ Bn̄dicāt te celi terra mare et oia q̄ in eius sūt. Cho. Et laudēt te. Cle. ℣ Glia patri et filio ⁊ spiritui sctō. Cho Et laus ⁊ honor potestas et ipēriū. Clerci. ℣. Sicut erat i principio et nūc ⁊ sp: ⁊ in secula seculorū amen. Chor⁹ Et laus ⁊ honor. Deīde clerici recipiat pmū vlu tract⁹ et percātet a choro. Et postea dicat sacerdos Dn̄s vobiscū Et Oremus. Oratio

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū cōcede ppicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorum. Per dn̄m Hic dicuntur memorie consuete. Epla. Ad thessalonicenses. ij. ij.

Fratres: Rogamus vos per aduentum domini nostri iesu christi ⁊ nostre congregationis in idipsū: vt non cito moueamini a vestro sensu / neqz terreamini / neqz per spiritum / neqz per sermonem / neqz per epystolaz tanq̄ per nos missam / quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat: vllo modo. Quoniā nisi venerit discessio primū: et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis / qui aduersatur et extollit supra ōme quod dicitur deus / aut quod colitur / ita vt in tēplo dei sedeat ostēdens se tanq̄ sit deus. Non retinetis quoniā adhuc cum essem apud vos: hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scietis: vt reuelet in suo tempore. Nā mysteriū iā operatur iniquitatis: tantū vt qui tenet / nunc teneat: donec de medio fiat Et tunc reuelabit ille iniquus quem dn̄s iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui Duo clerici de scd̄a forma in cappis nigris ad gradum chori simul dicant totum et integrum istum tractum

Qui regis isrl' intende: qui deducis velut ouē ioseph ℣. Qui sedes sup cherubin appare corā effraī bēiamin ⁊ manasse ℣ Excita dn̄e potētiā tuā ⁊ veni vt saluos facias nos Secundum lucam. iij. capto.

Anno quintodecimo impe-rij tyberij cesaris procurante poncio pylato iudeā: tetrarcha autem galilee herode. philippo autē fratre eius tetrarcha yturee et traconitidis regionis. et lysania abiline tetrarcha: sub principibus sacerdotū anna et cayppha factū est verbum dñi super iohannem zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionem iordanis predicās baptismū penitentie in remissionē peccatoꝝ. sicut scriptū est in libro sermonū ysaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viam domini/ rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: et oīs mons et collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro: salutare dei. Grad. Exulta satis filia syon/ pdica filia hierusalem: ecce rex tuus venit tibi sāctus ꝯ saluator. ℣. Loquetur pacē gentibꝰ ꝯ potestas eiꝰ a mari vsqꝫ ad mare: ꝯ a fluie vsqꝫ ad terminos orbis terre. Secreta. Super has hostias fidelium dñe quesumus propicio vultu respice: et quia nr̄is meritis nō valemus: his potius muneribꝰ tuo occursui cōmendemur. Qui viuis ꝯ regnas cū deo pa. Prefatio quotid. Communio. Exultauit vt gygas ad currēdam viam a summo celo egressio eius: et occursus eiꝰ vsqꝫ ad summum eius. Postcōmunio. Quesumus dñe deus noster vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remedium esse facias et futurum. Per dñm. In quacunqꝫ feria dies natiuita. dñi cōtigerit: semper ieiunia quattuor tēporum in tercia ebdo, aduentus dñi celebrentur.

Dominica quarta aduentus domini. Ad missam. Officium.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos i salutari tuo ad videndū in bonitate electoꝝ tuorum: in leticia gentis tue/ vt laudaueris cum hereditate tua. Ps. Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus iniquitatem fecimus. Oratio. Excita q̄s dñe potentiā tuam: et veni: et magna nobis virtute succurre vt p auxiliū grē tue quod nostra peccata prepediūt: idulgētia tue ppiciatiōis acceleret. Qui viuis et reg. Ad philippēses. iiij. c. Fratres: Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit oībus hoībus. Dñs ei prope est. Nichil soliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cū gratiaꝝ actione: petitiones vestre inotescant apud deum. Et pax dei que exuperat oēm sensū: custodiat corda vestra/ et intelligentias vestras. In christo iesu dño nr̄o. Gr. Prope ē dñs oībus iuocātibus eū: oībus qui inuocant eū i veritate. ℣. Laudē dñi loquet os meū et bñdicat oīs caro nomen sanctū eius. Allā. ℣. Ueni dñe ꝯ noli tardare relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemus omes vna. Deo nostro qui creauit oīa. Per quē cuncta cōdita sunt secula. Celoqꝫ plurima: luce chorusca et diuersa sunt sydera Sol mundi scema noctium decus luna ceteraqꝫ splendentia. Mare/ solum/ alta plana/ ac pfūda fluia. Aeris ampla spacia que discurrūt aues venti atqꝫ pluuia. Hic simul cuncta:

tibi deo soli patri militant. Nunc et in euū sine fine per secla: laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra prolem vnicā. Pati in terrā misisti. sine culpa sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur vt corpora nostra et corda. Regas et protegas: et dones peccatorū veniam. Secundum iohannem. i.c.

In illo tempore: Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohēm: vt interrogarent eum. Tu qui es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est: qꝫ non sum ego christus. Et iterrogauerūt eū. Quid ergo? Helyas es tu? Et dixit Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es: vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox exclamantis in deserto: dirigite viam domini: sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es christus: neqꝫ helyas/ neqꝫ propheta? Respondit eis iohānes dicēs. Ego baptizo i aqua medius autē vestrū stetit quē vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est: qui ante me factus est/ cuiꝰ ego nō sū dignus vt soluā eiꝰ corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem vbi erat iohānes baptizās. Offer.

Cōfortami ⁊ iā nolite timere: ecce eni deus nr̄ retribuet iudiciū/ ipse veniet ⁊ saluos nos faciet. V. Tūc aperient ocli cecoꝝ: ⁊ aures surdorū audiēt/ tūc ascēdet claudꝰ quasi ceruꝰ ⁊ clara erit ligua mutoꝝ. Se.

Sacrificijs presentibus quesumus dñe placatus intēde: quibus ad filij tui natiuitatem suscipiendā purificemur. Per eūdē. Prefatio quotid. Cōio. Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filiū ⁊ vocabit nomen eius emmanuel. Postco.

Populū tuum q̄s dñe donorū tuorū largitate prosequere. vt a malis omibus sacramentorū tuoruꝫ virtute protectus: ad ineffabile mysterium celebrandū et mente preparetur et corpore. P

Feria.iiij. Lco iohel. pphe. ij.c.

Hec dicit dñs: Exultate filie syon: et letamini in domino deo vestro qui dedit vobis doctorem iusticie: et descendere faciet ad vos imbrē matutinum et serotinum/ sicut in principio. Et iplebuntur aree frumento: et redūdabunt torcularia vino et oleo. Et scietis qꝛ ego dñs deus vester habitans in syon in mōte sācto meo et in hierusalē sancta: et alieni nō transibūt per eā amplius. Et erit) in die illa: stillabūt montes dulcedinem et colles fluēt lacte/ et per oēs riuos iuda ibūt aque et fons de domo dñi egredietur/ et irrigabit torrentem spinarū. Egyptus in desolationē erit et ydumea in desertū perditionis: pro eo ꝙ inique egerunt in filios iude/ et effuderūt sanguinē innocētem i terra sua. Et iudea in eternum habitabitur: et hierusalem in generatione et generationē. Et mūdabo sāguinē eoꝝ quem non mundaueram/ et dñs cōmorabitur in syon a sclo et vsqꝫ i seculū. S. Luca. viij.

In illo tēpore: Exijt sermo in vniuersam iudeā de iesu: et omnē circa regionem Et nūciauerūt iohāni discipuli eius de oibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes: et misit ad

iesũ dicens. Tu es qui venturus es an alium expectamus Cũ autẽ venissent ad eũ viri: dixerũt. Johannes baptista: misit nos ad te dicẽs Tu es qui venturus es. an alium expectamus? In ipa aũt hora. curauit multos a languorib9 suis ⁊ plagis / et spiritibus malis / et cecis multis donauit visũ. Et respõdens: dixit illis. Euntes renunciate iohãni: que vidistis et audistis Qꝛ ceci vident / claudi ãbulant / leprosi mundãtur. Surdi audiunt / mortui resurgunt / pauperes euãgelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Et cũ discessissent nuncij iohãnis: cepit dicere de iohãne ad turbas. Quid existis in desertũ videre Arundinẽ vento agitatã? Sed qd existis videre? Hominẽ molibus vestimentis indutũ? Ecce q in veste preciosa sũt / ⁊ in delicijs: in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Utiqꝫ dico vobis: et plusq̃ prophetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meũ ante faciẽ tuã: qui preparabit viã tuã ante te. Dico ei vobis: maior iter natos mulierũ pphã iohẽ baptista nemo est. Qui aũt minor est i regno celorum: maior est illo.

¶ Fe. vi. Lcõ zacharie pphẽ. ij. ca.

HEc dicit dñs. Lauda et letare filia syõ: quia ecce ego venio et hitabo i medio tui / ait dñs Et applicabunt gentes multe ad dñm in die illa: et erunt michi i populũ / et ego illis in deũ. Et habitabo i medio tui: et scies qꝛ dñs exercituuꝫ misit me ad te. Et possidebit dñs iudã partẽ suã in terra sãctificata: ⁊ eliget adhuc hierusalẽ Sileat ois caro a facie dñi: qꝛ consurrexit de hitaculo sancto suo Dicit dñs oĩps. Scd̃m marcum. viij.

IN illo tpe: Dixit ies9 discipulis suis. Uidete et cauete a fermento phariseoꝝ: ⁊ fermẽto herodis. Et cogitabãt ad alterutrũ dicentes: qꝛ panes non habemus Quo agnito: ait illis iesus. Quid cogitatis: qꝛ panes nõ hẽtis? Non dum cognoscitis: nec intelligitis? Adhuc cenatum habetis vestrum Oculos habentes non videtis: et aures habẽtes non auditis? Nec recordamini quãdo quinqꝫ panes fregi in quiqꝫ milia: et quot cophinos fragmẽtoꝝ plenos sustulistis Dicunt ei. Duodeci. Quãdo et septem panes in q̃ttuor milia hoim quot sportas fragmẽtoꝝ tulistis? Et dicũt ei. Septẽ. Et dicebat eis Quõ nõdum itelligitis? Et veniunt bethsaida: et adducũt ei cecũ Et rogauerũt eũ: vt illũ tangeret Et apprehensa manu ceci: eduxit eũ extra vicũ. Et expuẽs in oc'los eius: et ipositis manibus suis: interrogauit eum si qd videret. Et aspiciens ait. Uideo hoies: velut arbores ãbulantes. Deinde iterũ iposuit manus sup oculos eius: ⁊ cepit videre. Et restitutus est ita vt clare videret oia. et misit illum in domũ suã dicẽs. Uade in domũ tuam et si in vicum introieris: nemini dixeris. ¶ In vigilia natiuitatis domini. Ad missã. Officium.

HOdie scietis quia veniet domin9 ⁊ saluabit vos: et mane videbitis gloriã ei9. ps. Dñi est terra ⁊ plenitudo ei9: orbis terrarũ ⁊ vniuersi q habitant i eo. Si hec vig. i dñica eue. dr cantus sup. Kyrie. Sanctus. ⁊. Agn9 sicut i fẽ. simplici ix. l.

D sinautẽ dicit cãtus fer. Or.

DEus qui nos redemptionis

nostre annua expectatione letifi-
cas: presta ut unigenitum tuũ quẽ
redẽptorẽ leti suscipimus: venien
tẽ quoqȝ iudicẽ securi videam⁹ do
minũ no. ie. xpȝ fi. tu. Qui te. Nul
la hat mẽo. Unus puer acolit⁹ le
gat hãc lc. alba idutus. ad gradũ
chori: tũ si do. fue. legat̃ i pulpito
et sẽq cũ suo titulo. L. ysaie. lx. xij.

Hec dicit dñs deus. Propter
syon nõ tacebo: et ꝓpter hie
rusalẽ nõ quiescã: donec egrediat̃
ut splẽdor iustus eius / et saluator
eius ut lãpas accẽdat̃. Et videbũt
gẽtes iustũ tuũ: ⁊ cũcti reges incli
tũ tuũ. Et vocabitur tibi nomen
nouũ: quod os dñi nominauit. Et
eris corona glie i manu dñi: ⁊ dya
dema regni in manu dei tui. Non
vocaberis ultra derelicta: et terra
tua nõ vocabitur ãplius desolata
Sed vocaberis volũtas mea i ea:
et terra tua inhitabit / qꝛ cõplacu
it dño in te. Deide absqȝ interual
lo legat̃. Epystola. Ad roma. i. ca.

Fratres: Paulus seruus ie
su xpi vocat⁹ apostolus / se
gregatus in euangeliũ dei: quod
ãte promiserat per ꝓphetas suos
in scripturis sanctis de filio suo / q
factus est ei ex semine dauid scdm
carnẽ. Qui predestinatus est fili⁹
dei in virtute scdm spm sãctificati
onis ex resurrectione mortuorum
iesu xpi dñi nr̃i: per quẽ accepim⁹
gratiã et apostolatuȝ ad obedien
dũ fidei in oibus gentibus pro no
mine eius. In quibus estis et vos
vocati: iesu xpi dñi nr̃i. Gr. Hodie
scietis quia veniet dñs et saluabit
nos: et mane videbitis gloriã eius
V. Qui regis israel intẽde: qui de
ducis velut ouẽ ioseph / qui sedes
super cherubim appare corã effrai
bẽiamin et manasse. Si hec vigi.

lia do. eue. mis. de do. i capitulo. Nec
tũc fiat mẽo. de scã maria et de o
bus sctis tm̃. Missa vo de vig. ad
autẽticũ altare sine aliq mẽo. cũ
Alla. V. Crastina die delebitur
iniqtas terre et regnabit sup nos
saluator mũdi. Seq. Jubilemus
vts. fo. viij. Si vo do. nõ fue. tunc
Al. ⁊ seq. ꝑtermittant̃. S. math. i

In illo tp̃e: Cũ esset despõsa
ta mr̃ iesu maria ioseph: an-
teq̃ cõuenirẽt inuẽta est in utero
habẽs de spũsancto. Joseph autẽ
vir eius cũ esset iustus et nollet eã
traducere: voluit occulte dimitte-
re eã. Hec aũt eo cogitãte: ecce an
gelus dñi in sõnis apparuit ei di-
cens. Joseph fili dauid: noli time
re accipere mariã coniugẽ tuam.
Qd eni in ea natũ est: de spũsãcto
est. pariet aũt filiũ: et vocabis no-
mẽ eius iesũ: Ipse eni saluũ faciet
populũ suũ a pctis eo⁊. Offer. Tol
lite portas ꝑncipes v̄ras: et eleua
mi porte eternales ⁊ introibit rex
glie. V⁹. Dñi est terra ⁊ plenitudo
ei⁹ orbis terra⁊ ⁊ uniuersi q̃ hitãt
i eo. Iste v. si do. fue. eo ãno preter
mittat̃. Secr.

Da nobis q̃s omnipotens deus ut sicut adorãda
filij tui natalicia ꝑuenim⁹: sic ei⁹
munera capiamus sẽpiterna gau
dentes. Per eũd. pfa. qtid. Com.
Reuelabit glia dñi: et videbit oĩs
caro salutare dei nostri. Postcõio

Da nobis q̃s dñe unigeniti fi
lij tui recẽsita natiuitate re
spirare: cui⁹ celesti mysterio pasci-
mur et potamur. Per eundem.

In nocte nati. dñi post ix. l. can
tet hoc euãg. i pulpito a dyacono
Initiũ sc̃i euãgelij scdȝ mat. i.

Liber generationis iesu xpi
filij dauid: filij abraham.
Abrahã autẽ genuit ysaac: ysaac

autē genuit iacob. Jacob aūt ge-
nuit iudā: et fratres eius. Judas
aūt genuit phares: et zarā de tha-
mar. Phares autē: genuit esrom.
Esrom autem: genuit arā. Aram
aūt: ge. aminadab. Aminadab aūt:
ge. naason Naason aūt ge. salmō
Salmon autem ge. booz de raab
Booz āt ge. obeth ex ruth. Obeth
aūt genuit iesse. Jesse aūt ge. da-
uid regē. Dauid autē rex: ge. salo-
monē ex ea q̄ fuit vrie. Salomon
aūt ge. roboā Roboā aūt ge. abiā
Abias autē ge. asa. Asa aūt ge. io-
saphat. Josaphat autē ge. ioram.
Jorā aūt ge. oziā. Ozias autē ge.
ioathā. Joathā autem ge. achaz.
Achaz autē ge. ezechiā. Ezechias
autē ge. manassē. Manasses autē
genuit amon. Amon autē ge. iosi-
am. Josias aūt ge. iechoniā et fra
tres eius in transmigratione ba-
bilonis. Et post transmigrationē
babilonis: iechonias genuit sala-
thiel. Salathiel autē genuit zoro
babel. zorobabel autem ge. abiud
Abiud autē ge. eliachim. Eliachi
autē ge. azor. Azor aūt ge. sadoch.
Sadoch aūt ge. achi. Achim autē
genuit eliud. Eliud autē ge. elea-
zar. Eleazar aūt ge. mathā. Ma-
than aūt ge. iacob. Jacob aūt ge-
nuit ioseph virū marie. de qua na
tus est iesus: qui vocat xps. Fini-
to euāg. sacerd. icipiat. p. Te deū
q̄ dicto rectores chori icipiat missā

¶ Ad missā in gallicantu. Officiū.

Dominus dixit ad me fi-
lius meus es tu: ego ho
die genui te. Psalmus
Quare fremuerunt gē
tes: et populi meditati sunt ina-
nia. Kyrie eleyson. cū suis versib⁹
Sequitur. Gloria in excelsis. mo
re duplicis festi. Sciendum est q̄
semper ad missā dicitur Gloria in
excelsis. quotiens ad matutinas
dicitur Te deum lau. nisi missa
Salus populi. vel missa de cruce/
vel missa dominicalis in aliquo fe
sto. iij. lectionū vel infra octauas
sine regimine chori cantanda fue-
rit. Quando vero aliqua missa de
vigi. vel de fes. iij. l. in cap̄. die do.
dr: tūc etiā dr cātus super: Kyrie.
et. Gloria in excel. nō dicit. San-
ctus et. Agnus. et. Ite missa est si
cut in festo. iii. l. Similr fiat quan
do dr missa dnicalis in caplo dic
dnica tunc etiā dicet. Credo. Or.

Deus qui hāc sacratissimam
noctem veri luminis fecisti
illustratione clarescere: da q̄s / vt
cuius lucis mysteria in terra co-
gnouimus: eius quoq3 gaudijs in
celo perfruamur. Qui te. Duo cle
rici de scda forma in capis sericis
in pulpito simul cantent lectionē.

Laudes deo dicā per secula:
qui me plasmauit in manu
dextera / atq3 redemit cruce purpu
rea sanguine nati. Hic cantet al-
ternatim. Lectio ysaie prophete.
In qua xpi lucida vaticinat na-
tiuitas. Hec dicit dns. Pater / fi-
lius / sctūsspūs: in quo sunt omnia
cōdita superna atq3 ima. Popu-
lus gētium q̄ ambulabat in tene-
bris. Quē creasti / quē fraude sub
dola hostz expulit paradiso & capti
uatū secū traxit ad tartara. Uidit
lucē magnā. Fulserūt et imania
nocte media pastoribus lumina.
Habitantibus in regione vmbre
mortis lux. Sempiterna et redem
ptio vere nra. Orta est eis. O stu-
penda natiuitas. Paruulus ei na
tus est nobis. Magnus hic erit ie
sus fili⁹ dei Et filius Patris sūmi
Datus est nobis. Ab arce sūma

predictũ sic erat. Et factus est prĩcipatus sup humerũ eius. Ut celos regat atq3 arua. Et vocabitur nomẽ eius. Messyas/sother/ẽmanuel/sabaoth/adonay. Admirabilis. Radix dauid. Consiliarius Dei patris. Deus. Qui creauit oĩa Fortis. Baratri claustra perimens teterrima. Pater futuri seculi. Rex oĩps et cũcta regẽs. Prĩceps pacis. Hic et in euũ. Multiplicabit eius ĩperiũ. In hierusalẽ iudea siue samaria. Et pacis non erit finis. Per secula sempiterna Super soliũ dauid et super regnũ ei⁹ sedebit. Et regni meta sui nõ erit aliqua. Ut cõfirmet illud. In fidei pignore. Et corroboret in iudicio et iusticia. Iudex cum venerit iudicare seculum. A modo. Illi debet glia laus et iubilatio. Et vsq3 i sempiternuũ. Hic cãtẽt simul vsq3 ad finẽ. Ab ortu solis vsq3 occiduos ad fines mundi orbis per climata laus creatori resonet congrua Amẽ dicãt omnia. Ubi nõ hẽtus legat. Lcõ ysaie pphete. ix.

Hec dicit dñs deus: Populus gẽtium qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. Habitãtibus i regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim nat⁹ est nobis: et filius datus est nobis Et factus est prĩcipatus super humerum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis: conciliarius: deus fortis/pater futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiũ: et pacis nõ erit finis. Super soliũ dauid et super regnũ ei⁹ sedebit: vt cõfirmet illud et corroboret in iudicio & iusticia. A modo et vsq3 in sempiternũ. Sine interuallo. Lectio epystole beati pauli apostoli. Ad tytum. ij. capitulo.

Carissime: Apparuit gratia dei saluatoris nostri oĩbus hoĩbus erudiẽs nos: vt abnegãtes impietatẽ & secularia desideria sobrie et iuste & pie viuam⁹ in hoc seculo expectantes beatã spẽ & aduentũ glie magni dei: & saluatoris nostri iesu xpi. Qui dedit semetipm pro nobis vt nos redimeret ab omĩ iniquitate: & mũdaret sibi populũ acceptabilẽ/sectatorẽ bonorum operũ. Hec loquere: & exhortare. In xpo iesu dño nostro. Gr. Tecũ prĩcipium in die virtutis tue in splẽdoribus sctõrum exvtero ante luciferũ genui te. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis: donec ponã iĩmicos tuos scabellũ pedũ tuorum. Allã. V. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canunt oĩa dño pie agmina Syllabatim neumata perstringendo organica. Hec dies sacrata: in qua noua sunt gaudia mundo plene edita. Hac nocte precelsa intonuit et gloria in voce angelica. Fulserũt et imania nocte media pastoribus lumina. Dũ fouẽt sua pectora subito diua percipiunt monita. Natus alma virgine qui extat ante scła. Est imensa in celo glia pax et in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilat Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet et per oĩa hac in die gloria voce clara reddita. Humana cõcrepent cũcta: deũ natum in terra. Confracta sunt imperia hostis crudelissima. Pax in terra reddita: nũc letent omnia nati per exordia. Solus qui tuet oĩa. Solus qui condidit oĩa. Ipse sua pietate soluat omnia peccata nostra. Euangelium more duplicis festi.

¶ Secundum lucam. ij. capitulo.

In illo tēpore: Exijt edictum a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cirino. Et ibant omnes: vt profiterētur singuli in suā ciuitatē. Ascendit aūt et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethleem/eo ꝙ esset de domo et familia dauid/vt profiteret̄ cū maria despōsata sibi vxore pregnante. Factum est autē cum essent ibi: impleti sūt dies vt pareret. Et peperit filiū suum: primogenitū. Et pānis eū inuoluit: et reclinauit eū ī presepio quia nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes/& custodientes vigilias noctis: supra gregem suū. Et ecce angelus dn̄i stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos/et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce eni euangelizo vobis gaudiū magnū quod erit om̄i populo: qꝛ natus est vobis hodie saluator/qui est xp̄s dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantē pānis inuolutū: et positum in presepio. Et subito fctā est cum angelo multitudo militie celestis laudentiū deū & dicentiū. Gloria in altissimis deo: & in terra pax hominibus: bone voluntatis. Credo. Offer. Letent̄ celi et exultet terra ante faciem dn̄i qm̄ venit. Secre.

Accepta sit tibi dn̄e q̄s hodierne festiuitatis oblatio. vt tua gr̄a largiēte per hec sacro sancta cōmercia in illius inueniamur forma: in quo tecum est nostra substantia iesus xp̄s dn̄s noster. Qui tecū. P̄fa. Quia per incarnati. Dicet prefatio de natiuitate dn̄i ad oēs missas et quotid. per ebdo. et ī die circuncisionis dn̄i/et in omnibus missis de sctā maria/ab hac die vsqꝫ ad purifi. Cōicantes. vero dicit̄ tm̄ vsqꝫ ad circunsio. et in die circūcisi. Cō. In splēdoribus sctōꝝ ex vtero āte luciferꝝ genui te. Postcō.

Da nobis q̄s dn̄e deus noster vt q̄ natiuitatē dn̄i nr̄i iesu christi nos frequētare gaudem⁹ dignis cōuersatiōibus ad ei⁹ mereamur ꝑtingere ꝯsortiū. Qui tecum

¶ Ad missam in aurora. Officium

Lux fulgebit hodie super nos/quia natus est nobis dominus: et vocabitur admirabilis de⁹ princeps pacis/pr̄ futuri scl̄i/cuius regni non erit finis. ps. Dn̄s regnauit decorē idut⁹ ꝫ idut⁹ ꝫ dn̄s fortitudinē et precinxit se. Ad hāc missā Kyrie eleysō. absqꝫ v̄sibus Glia i excel. Sanctus. et agnus. sicut in fes. simpli. ix. lec. dicuntur. Oratio

Da q̄s omp̄s deus vt qui noua īcarnati verbi tui luce ꝑfundimur: hoc in nostro resplēdeat opere: quod per fidem fulget ī mēte per eundem. Mēoria de sancta anastasia cum hac oratione.

Da q̄s op̄s deus: vt qui beate anastasie martyris tue solēnia colim⁹: eius apud te patrocinia sētiam⁹. P do. Ad hāc mis. nō dic̄ plures orones vel pauciores. Seq̄ns l. legat̄ in pulpito ab vno clerico de. ij for. ¶ Lcō ysaye .p. lxi

Hec dicit dn̄s: Sp̄us dn̄i super me: eo ꝙ vnxerit me. Ad annūciandū mansuetis misit me: vt mederet cōtritis corde/et predicarem captiuis īdulgētiā/et clausis apercionem. Ut predicarē ānū placabilē dn̄o: & diem vltionis deo nostro. Ut cōsolaret om̄s lugētes

et ponerem consolationē lugenti bus syō. Et darē eis coronam pro cinere: oleū gaudii pro luctu palli um laudis pro spiritu meroris Et vocabuntur in ea fortes iusticie: plantatio domini ad glorificandū Ecce dñs auditū fecit: in extremis terre. Dicite filie syon. Ecce salua tor tuus venit ecce merces eius cū eo / et opus illius coram illo Et vo cabunt eos populus sanctus: re demptia domino. Sine interual lo Lectio epistole beati pauli apo stoli. Ad tytum. tercio capitulo.

Carissime: Apparuit benigni tas et humanitas: saluato ris nostri dei Non ex operibus iu sticie que fecim⁹ nos: sed scdm su am miam saluos nos fecit. Per la uacrū regenerationis et renoua tionis spūssancti quē effudit i nos abunde / per iesū xp̄m saluatorem nostrū Ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundū spē vite e terne. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Gr. Benedictus qui venit in noīe dñi deus dñs ꝫ illuxit nobis. V. A dño factū est istud ꝫ est mirabile in ocu lis nostris. Allā. V. Dñs regnauit decorē induit induit dñs fortitudi nem et precinxit se virtute. Seq.

Sonent regi nato noua can tica. Cuius pater fecit omia mater est virgo sacratissima. Ge nerans hic nescit feminā illa est si ne viro grauida. Uerbū corde pa tris genitum ante secula. Aluus matris gessit corporatum per tem pora. O mira genitura / o stupen da natiuitas. O proles gloriosa / hūanata diuinitas Sic te nascitu rū: fili dei vates docti tuo spū dixe rāt. Sic te oriente laudes tibi can tant pacē terris angeli nunciant. Clemena vultus exhilarāt Oēs sancti gaudentes iubilant Salue clamādo nosqꝫ salua. Deitas i per sonis trina simplex vsya. Euange lium i pulpito more dominicali le gatur. Secundū lucam. ii. capitu.

In illo tp̄e: Pastores loque bātur ad inuicem. Transea mus vsqꝫ bethleē: et videam⁹ hoc verbū quod factum est / quod fecit dñs et ostendit nobis. Et venerūt festinantes: et inuenerūt mariam et ioseph / et infantē positū in pre sepio. Uidentes aūt: cognouerūt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierūt mirati sunt: ꝫ de his que dicta erāt a pastoribus ad ip̄os Maria autē cōseruabat omia verba hec. confe rens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudan tes deū: in oib⁹ q̄ audierāt et vi derāt: sicut dictū est ad illos. Cre do. Offer. Deus eni firmauit orbē terre q̄ nō commouebit: parata se des tua deus extunc a seculo tu es

Munera nr̄a q̄s dñe Secre. natiuitatis hodierne myste rūs apta proueniant: vt sicut ho mo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia cōfe rat qd̄ diuinū est. P eund. Alia se.

Accipe q̄s dñe mūera dignā ter oblata: et beate anasta sie suffragantibus meritis ad no stre salutis auxiliū peruenire con cede. Per do. Prefatio et Cōmu nicantes. vts. Coio. Exulta filia hierusalē ecce rex tuus venit scūs et saluator mūdi. Postcōmunio

Huius nos dñe q̄s sacramen ti semp natalis nouitas in stauret: cui⁹ natiuitas singularis humanā repulit vetustatem. Per eundem Alia postcōmunio.

Satiasti dñe familiā tuā mu=

neribus sacris: eius quesumus se per interuentione nos refoue/cuius solennia celebramus. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Ad terciam missam in die natiuitatis domini. Officium.



Puer natus est nobis & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomē eius magni consilij angelus. Psalmus. Cantate domino canticum nouū quia mirabilia fecit. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet/quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem dominum nostrum iesum.

Sequens lectio legatur in pulpito ab aliquo de superiori gradu in superpellicio. ¶ Lectio ysaie prophete. lij. capitulo.

Hec dicit dn̄s: Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pacē: annūciantis bonū/predicantis salutē dicentis syon. Regnabit deus tuus. Vox speculatorū tuorū leuauerunt vocē: simul laudabunt/ quia oculo ad oculū videbunt cum conuerterit dn̄s syon. Gaudete & laudate simul deserta hierl'm: quia consolatus est dn̄s populū suū/redemit hierusalem. Parauit dn̄s brachiū sanctū suū/in oculis oīm gētium: et videbūt omnes fines terre/salutare dei nostri. Lectio ep'le beati pauli ap'li. Ad hebreos. i. ca.

Fratres. Multipharie multisq3 modis oli deus loquēs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locut⁹ est nobis i filio quē constituit heredem vniuersorum/per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor glorie et figura substantie eius/portansq3 omnia verbo virtutis sue/purgationem peccatorum faciens: sed et ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus: q̄to differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum filius meus es tu/ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem: & ipse erit michi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre: dicit. Et adorent eum omnes angeli dei et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos flāmā ignis Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terrā fundasti & opera manuū tuarum sūt celi Ipsi peribūt tu aūt permanebis: et oēs vt vestimētū veterascēt. Et velut amictū mutabis eos: et mutabuntur. Tu autē idem ipse es: & anni tui non deficient. Gr. Viderunt oēs fines terre salutare dei nostri iubilate deo ois t'ra. V. Notū fecit domin⁹ salutare suū ante cōspectū gentiū reuelauit iusticiā suā. Alleluya. V. Dies sc̄tificatus illuxit nobis: venite gentes et adorate dn̄m: quia hodie descēdit lux magna super terram. Sequētia.

Celeste organum hodie sonuit in terra. Ad partum virginis superum cecinit caterua

Quid facis humana turba: cur nō gaudes cū supera? Vigilat pastorum cura/vox audit angelica. Cātabant inclita carmina/plena pace et glia. Ad xp̄m referunt ppha nobis canūt ex gratia. Nec cūctorum sunt hec dona/sed mens quorū erit bona. Nec sūt absolute data/sed decenter sunt prolata. Affectus deserāt vicia/et sic nobis pax est illa/q2 bonis est promissa. Jungūtur superis terreat/ob hoc quidem laus est iuncta/sed decenter fit diuisa. Gaude homo cum perpēdis talia. Gaude caro facta verbi socia. Iste. v. ter dicat. Nunciant eius ortum sydera lucis per idicia Ineūt duces gregū lumina bethleem vsq3 preuia Inuenitur rex celorū inter aialia. Arto iacet in presepe rex qui cingit oia. Stella maris quē tu paris/colit hunc ecclia. Ipsi nr̄a per te pia placeant seruitia. Resonent cuncta redempta. Initiū scti euāgelij: scd3 ioh. i. cap.

In principio erat verbum: et verbū erat apud deū/et deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Oia per ipsū facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipo vita erat: et vita erat lux hoim. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit i testimoniū: vt testimonium perhiberet de lumine/vt oēs crederēt per illū. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine Erat lux vera que illuminat oēm hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipsū fact9 est/et mundus eū non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotqt autē receperunt eum: dedit eis potestatē filios dei fieri/his qui credunt in noie eius. Qui nō ex sanguinibus: neq3 ex voluntate carnis/neq3 ex voluntate viri/sed ex deo nati sunt Et verbū caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenū grē & veritatis. Offr. Tui sunt celi et tua est tra orbē terraꝝ & plenitudinē eius tu fūdasti/iusticia & iudiciū pparatio sedis tue. Sec.

Oblata dn̄e mūera noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosq3 a pctōꝝ nr̄oꝝ maculis clemēter emūda. P. eūd. Co. Viderūt oēs fines tre salutare dei nr̄i. P9co.

Presta q̄s ops deus: vt nat9 hodie saluator mundi sicut diuine nobis generationis est auctor: ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum. ¶ In die sancti stephani pthomartyris. Offm.

Etenim sederunt principes et aduersū me loquebantur/et iniqui persecuti sunt me: adiuua me dn̄e deus meus: q2 seruus tuus exercebatur in tuis iustificationib9 ps. Beati immaculati i via: q̄ ambulant in lege domini. Oratio.

Da nobis quesumus dn̄e imitari quod colimus: vt discamus et inimicos diligere: q2 eius natalicia celebramus/qui nouit etiā p persecutorib9 exorare: dn̄m nostrū iesū xp̄m filiū tuū. Qui te. Memoria de natiuitate tantum. Lectio actuū apsoꝝ. vi. et. vij. cap.

In diebus illis. Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autē quidam de synagoga q̄ appellabatur

libertinorum et cyreneñsium et alexandrinorum: et eorum qui erant a cilicia et asia disputantes cum stephano Et non poterant resistere sapientie: et spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec/dissecabantur cordibus suis: et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritusancto: intendens in iesum vidit gloriam dei/et iesum stantem a dextris dei/et ait. Ecce video celos apertos: et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna/continuerunt aures suas: et impetum fecerunt vnanimiter in eum et eijcientes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum: inuocantem et dicentem. Domine iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens. Domine: ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino. Grad. Sederunt principes/et aduersum me loquebantur et iniqui persecuti sunt me. ℣ Adiuua me domine deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam. Alleluia. ℣. Video celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei. Sequentia

Magnus deus in vniuersa terra. Magna sunt eius vbique omnia in celo atque in terra opera. Qui est rex regum dominus omnium a patre genitus ante secula. Cuius caritas vera celo subleuat stephanum de terra. Atque pereñi vita ornat candida digniter corona. Plenus etenim stephanus deitate atque gratia. Magna dabat prodigia docens verissima dogmata. Cum autem predicaret iam presentia. Nostre redemptionis noua gaudia. Intento in superna celi patet ianua. Dixitque circumstanti plebi voce publica. Sacra plenus gratia. Ecce video admirabilem gloriam. Claritate fulgida. Atque iesum stantem in virtutis dei dextera. Cum hoc audisset impia gens iudaica. Dans fremitum concita. Quassat lapidibus stephani membra. Sed stat fortiter patiens martyr et orat. Ne his christe noxam statuas. Sed iam accipe animam meam. Et cum dixisset: in domino obdormiuit pace eterna. Tu et nobis martyr o stephane sempiterna impetra gaudia. ¶ Iste vltimus versus dicitur trina vice in hoc festo. et in inuentione eiusdem. Secundum matheum. xxiij.

In illo tempore: Dixit iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis/ et ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram / a sanguine abel iusti vsque ad sanguinem zacharie filij barachie: quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis: venient hec omnia super generationem istam. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas / et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos/quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti? Ecce relinquetur vobis: domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo: donec dicatis. Benedictus qui venit: in nomine domini. Credo. Offer. Elegerunt apostoli stephanum leuitam plenum fide et spiritu sancto quem lapidauerunt iudei orantem et dicentem: domine iesu accipe spiritum meum alleluya. Secreta.

Suscipe quesumus domine munera pro

cōmemoratione martyris tui stephani ut sicut illū passio fecit gloriosū ita nos deuotio reddat innocuos Per dn̄z. Cōio. Uideo celos apertos et iesū stantē a dextris uirtutis dei: dn̄e iesu xp̄e accipe spiritū meū et ne statuas illis hoc pctm̄/ q̄r nesciūt q̄d faciūt. Postcōio

Auxilientur nobis dn̄e sumpta mysteria: et intercedente btō stephano pthomartyre tuo/ sempiterna ptectione cōfirmēt. P.

¶ In die scti iohis euāge. Offm.

In medio ecclie apperuit os eius et ipleuit eū dn̄s spiritu sapiētie et itellectus. stola glie iduit eū. In t. pas. allā al. v. Jocūditatē et exltationē thesaurizauit sr eū. Or.

Ecclesiam tuam q̄s dn̄e benignus illustra ut beati iohis apl̄i tui et euangeliste illuiata doctrinis/ ad dona perueniat sempiterna. Per dn̄m. Meōria de nati. et de sancto stephano tm̄. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xv. ca.

Qui timet deum: faciet bona. Et qui continens est iusticie apprehendet illā: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibauit illū pane uite et itellect⁹: et aqua sapiētie salutaris potauit illū. Et firmabit i illo et nō flectet et continebit illū et non cōfūdetur/ et exaltabit illū apud pximos suos. In medio ecclesie aperiet os ei⁹ et implebit eū dn̄s spiritu sapientie: et intellectus/ stola glorie induit eū. Jocunditatem et exultationē thesaurizabit super eum. Et nomine eterno hereditabit illū: dominus deus noster. Gr. Exijt sermo iter fratres q̄ discipulus ille non moritur. V. Sed sic eū uolo manere donec ueniā tu me sequere. Allā. V⁹. Hic est discipulus ille q̄ testimonium perhibet de his: et scimus quia uerū est testimoniū eius. Seque.

Johannes iesu xp̄o: multum dilecte uirgo. Tu eius amore carnalē in naue parentem liquisti. Tu lene cōiugis pectus respuisti messyā secutus. Ut eius pectoris sacra meruisses fluēta potare. Tuq̄z in terra positus/ gloriā conspexisti filij dei. Que solū sanctis in uita creditur cōtuēta esse perēni. Te xp̄s in cruce triūphans matri sue dedit custodem. Ut uirgo uirginē seruares atq̄z curā suppeditares. Tute carcere flagris q̄z fractus testimonio p xp̄i esgauis⁹ Idem mortuos suscitās/ inq̄z iesu noīe uenenum forte uincis. Tibi sūmus tacitū ceteris uerbū suum pater reuelat. Tu nos oēs precibus sedulis apud deum sēper cōmenda iohannes iesu care. Iste ultimus uersus ter dicatur in hoc festo tm̄. ¶ Scdm̄ iohannē. xxi. ca.

In illo tp̄e. Dixit iesus petro Sequere me. Cōuersus petrus: uidit illū discipulū quē diligebat iesus sequentē/ qui et recubuit in cena super pectus eius/ et dixit ei. Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cū uidisset petrus: dixit iesu. Dn̄e: hic aūt quid? Dicit ei iesus Sic eum uolo manere: donec ueniā. Quid ad te? tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: q̄r discipulus ille non moritur. Et nō dixit ei iesus nō moritur: sed sic eū uolo manere donec ueniā/ quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus q̄r uerū est testimonium eius. Credo. Offs. Just⁹ ut palma florebit sicut cedrus q̄ i libano est multiplicabi

tur. In tpe pasca Allã. Secreta.

Suscipe munera qs dñe q̃ in eius tibi solennitate deferimus: cuius nos ꝯfidimus patrocinio liberari. p d. Coio. Exiit sermo inter fratres q discipul⁹ ille non moꝛit: et nõ dixit iesus nõ moꝛit. sꝫ sic eũ volo manere donec veniam. In tpe paschali Allã. Postcõio

Refecti cibo potuq; celesti deus noster te supplices exoꝛamus: vt in cui⁹ hec ꝯmẽoꝛatione pcepim⁹: eius muniamur et pcib⁹. p

In die sctoꝝ inocẽtiũ mr. Offic.

Ex oꝛe infantiũ deus et lactentiũ perfecisti laudeꝫ pꝛopter inimicos tuos. ps. Dñe dñs nr̃ q admirabile est nomẽ tuũ i vniuersa tra.

Deus cui⁹ hodierna die oꝛ pꝛeconiũ innocentes martyres nõ loquẽdo sed moꝛiendo confessi sũt: oĩa in nobis vicioꝝ mala moꝛtifica: vt fidẽ tuam quã ligua nr̃a loquitur/ etiã moꝛibus vita fateatur. Qui vi. Memo. de nati. de sancto stepha. et de sctõ iohãne tm̃. Lcõ lib. apocal. bti iohã. ap. xiiii.

In dieb⁹ illis Uidi supꝛa mõtem syon agnũ stantẽ: et cũ eo centum quadꝛagintaquattuoꝛ milia/ habentes nomẽ eius et nomẽ pꝛis eius scriptũ i frõtib⁹ suis. Et audiui vocẽ de celo: tanq̃ vocẽ aquarũ multarũ: et tanq̃ vocẽ tonitrui magni. Et vocẽ quã audiui sicut cytharedoꝝ cytharizantium in citharis suis. Et cantabãt quasi canticũ nouũ: ante sedem dei et ante quattuoꝛ aĩalia et senioꝛes. Et nemo poterat dicere canticuꝫ nisi illa centũ quadꝛagintaquattuoꝛ milia: qui empti sũt de terra. Hi sũt q̃ cũ mulieribus nõ sunt coinquinati virgines eni sunt. Hi sequũtur agnum: quocũq; ierit. Hi empti sunt ex oĩbus pꝛimitie deo et agno et in oꝛe ipsoꝝ nõ est inuentũ mendaciũ. Sine macula enim sũt: ante thꝛonũ dei. Gr. Aĩa nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. v. Laqueus cõtritus est: et nos liberati sum⁹. adiutoꝛiũ nostrũ i noĩe dñi q̃ fecit celũ et terrã. Allelupa. v. Te martyꝛum candidatus laudat exercitus domine.

Sequẽtia.

Celsa pueri concrepent melodia. Pia innocentum canentes tripudia. Quos infans chꝛistus hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frendens insania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleem ipsius cuncta et per confinia. A bimatu et infra iuxta nascendi tempoꝛa. Herodes rex xpi nati verens infelix imperia. Infremit totus et erigit arma superba dextera. Querit lucis et celi regem cum mente turbida. Ut extingat qui vitam pꝛestat per sua iacula. Dum non valet intueri lucẽ splendidam nebulosa querentis pectoꝛa Ira feruet/ fraudes auget/ herodes seuus/ vt perdat pioꝛum agmina. Castra militum dux iniquus aggregat ferrum figit in membꝛa tenera. Inter vbera lac effudit anteq̃ sanguinis fierent coagula. Hostis nature/ natos euiscerat/ atq; iugulat. Ante pꝛosternit q̃ etas paruula sumat roboꝛat. Quam beata sunt innõcentum ab herode cesa coꝛpuscula. Quã felices existunt matres/ que fuderunt talia pignoꝛa: O dulces innocentum acies/ o pia lactentium pꝛo chꝛisto certamina. Paruorum trucidantur milia membꝛis ex teneris manant lactis flumina. Ciues angelici veniũt in obuiam

Mirabi victoria/vite captat premia turba candidissima Te christe petimus mente deuotissima. Nostra qui venisti reformare secula innocentiũ glia Perfrui nos concedas per eterna. Scdm matheum.ij.ca

In illo tpe: Angelus dñi apparuit in sõnis ioseph dicẽs Surge et accipe puerũ et matrem eius et fuge in egyptũ: et esto ibi vsq3 dũ dicã tibi. Futurũ est enim: vt herodes q̃rat puerũ/ad perdendũ eũ. Qui cõsurgens accepit puerũ ⁊ matrem eius nocte: ⁊ secessit in egyptũ et erat ibi vsq3 ad obitũ herodis. Ut adiplere̾ qđ dictũ est a dño: per prophetam dicentẽ. Ex egypto vocaui filiũ meũ Tunc herodes vidẽs quoniã illusus esset a magis: irat⁹ est valde Et mittens occidit om̃es pueros qui erant in bethleẽ et in oĩbus finibus eius/a bimatu et infra: scdm tp̃s quod exquisierat a magis. Tũc adipletũ est qđ dictũ est: per hieremiã prophetã dicentẽ. Uox in rama audita est plorat⁹ et vlulatus mult⁹ rachel plorãs filios suos. Et noluit cõsolari: q2 nõ sunt. Credo. Offr.

Aia nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ: laq̃us ꝯtritus est/⁊ nos liberati sum⁹. Secreta

Adesto q̃s dñe muneribus innocentiũ festiuitate sacrandis/et presta. vt eoꝝ sinceritatẽ possimus imitari: quorũ tibi dicatã veneramur infãtiã. Per d. Cõio. Uox in rama audita est plorat⁹ et vlulat⁹ rachel plorãs filios suos et noluit cõsolari quia non sunt. Postcõio.

Uotiua dñe dona percepim⁹ que sanctorũ innocentium nobis precibus: et presentis vite q̃s pariter et eterne tribue conferre subsidium. Per do. ¶ In die sancti thome marty. Ad missã. Officiũ.



Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore thome martyris: de cui⁹ passione gaudent angeli et collaudant filium dei. psalm⁹. Exaudi deus orationẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio

Deus pro cuius ecclia gloriosus põtifex thomas gladijs impiorũ occubuit: p̃sta q̃s/vt oẽs qui eius implorant auxiliũ: petitionis sue salutarẽ cõsequantur effectum. Per do. Mẽoria de nati. de sãcto stephano. de sãcto iohẽ. ⁊ de inocẽtibus tm̃. Eplã. Ois põtifex In cõi. fo. v. Gr. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desideriũ anime eius tribuisti ei: et volũtate labioꝝ ei⁹ non fraudasti eũ. Allã. ℣. Glia et honore coronasti eũ dñe: ⁊ cõstituisti eũ sup opa manuũ tuaꝝ. Seq̃.

Solenne canticũ/hodie resonet in terra. Ad palmã martyris/exultet superũ caterua. Quid facis turba iocũda/gratulare cu3 supera. Jubilet mens letabunda psallat xp̃o vox libera. Colat et festa dñica deuota cantuaria. Intonat iussa tyrãnica/turbulenta militia. Dire leges et mandata insolenter sunt prolata Loca christo cõsecrata/prophanauit vis armata Sed christi sic in vestigio stabant thome pedes recti/vt nequirent inde flecti In sui regis obsequio arbitraris lucrum mori/caput offert percussori. ¶ Iste sequens versus ter dicatur. Gaude thoma/de cuius victoria. Ortus christi cumulantur gaudia. Martyris declaratur gloria/crebra per indicia.

Curantur per eius suffragia: lan-
guido⁊ milia Trucidatur flos pa
sto⁊ iter sctūaria. Nec diei nec lo-
co⁊: obstat reuerentia. Stella ma
ris que letaris: te lactasse filium.
Nūc pcamur assequamur: vt tho-
me ɔsortiū ei⁹ prece gliosa. Euā-
geliū: Hō qdā nobilis. In cōi. fo.
v. Credo. Off. Posuisti dñe in ca
pite ei⁹ coronā de lapide pcioso vi
tā petijt a te tribuisti ei. allā. Sec.
Salutaris hostie munus sacrā
dū qs dñe beat⁹ thomas pō
tifex et martyr nobis ad salutē fo-
re deposcat: vt et cōuersatiōis ei⁹
experiamur insignia: et intercessi-
onis eius percipiamus suffragia.
Per dñm. Cōio. Magna est glia
ei⁹ i salutari tuo gliam et magnū
decorē ipones sup eū dñe. Postcō.
Adiuuet nos omps et miseri
cors deus: per hec sācta que
sumpsimus beati martyris tui at
qz pontificis thome intercessio ve
neranda qui pro tui nois hono-
re/glorioso meruit coronari mar-
tyrio. P. ¶ Sexta die a na. dñi siue
do. fue. siue nō. Ad missā. Officium.
Dum mediū silentiū te-
nerēt oia: et nox in suo
cursu mediū iter habe-
ret: ops sermo tu⁹ dñe/
de celis a regalibus sedibus venit
Ps. Dñs regnauit decorē indutus
est: indut⁹ est dñs fortitudinē ⁊ pre
cixit se. Repetat offm deide dicat.
Gła pa. et. Sicut erat. Tercio re
petat offm. Kyrie el. Glia in excel
sis. Sāctus. et. Agnus. sicut i fes.
simplici. ix. lec. dñr hac die siue do-
minica fuerit siue non. Oratio
Omps sempiterne deus diri
ge actus nostros in benepla
cito tuo vt in noie dilecti filij tui
mereamur bonis operibus abun-
dare. Qui tecū. Meō. de nati. de
sancto stephano. de sancto iohan-
ne de innocentibus. et de scō tho
ma tantum. ¶ Ad galathas. iiij.
Fratres: Quanto tēpore he-
res paruulus est: nichil dif-
fert a seruo cū sit dñs oim: sz sub
tutoribus et actorib⁹ est / vsqz ad
prefinitum tēpus a prē. Ita et nos
cū essem⁹ puuli: sub elemētis mū
di hui⁹ eram⁹ seruiētes. At vbi ve
nit plenitudo tēporis: misit deus
filiū suū natū ex muliere / factum
sub lege / vt eos q sub lege erāt re-
dimeret / vt adoptionē filio⁊ reci-
perem⁹. Quoniā aūt estis filij dei
misit deus spm filij sui i corda vrā:
clamantē abba pater. Itaqz iam
non est seruus sed fili⁹. Qđ si fili⁹
et heres per deum. Gr. Specios⁹
forma pre filijs hominū: diffusa est
gratia i labijs tuis V. Eructauit
cor meū verbū bonū: dico ego ope
ra mea regi. lingua mea calamus
scribe velociter scribētis. Allā. V.
Dñs regnauit decorē induit / induit
dñs fortitudinē et precinxit se vir-
tute. Hac die sep siue dominica fu
erit siue nō / dicit ista. Sequentia.
Christi hodierna: celebremus
natalicia. Celica resonent:
clare camenas agmina. Nunc re-
gis celebrando gratulāter nupti-
as. Lex noua iam terras illustrat
veteres pellēs tenebras. Reserat
superna gratia diu clausa palatia
Felix mater: et sola intacta virgo
et puerpera. Iam nato stas gra-
uida: cum viri sis cubilis nescia.
Omniscaterua nostra: te rogat do
mina. Soluas quo nostra cuncta
peccaminū vincula: virgo sempi-
terne beata. Digna fuisti sola: tol
lentē crimina. Intra tui vteri clau-
stra portare: qui gubernat oia su-

pera/ infera. Hinc sua laudant fa=
cta: gaudentes bona qua viuūt su
per essentia. Nos huilima turba
dam⁹ debita: poscētes eius clemē
tiam. Ut nostra prestās tpa: nunc
quieta det placita frui vita utilia
donādo famulis munera. Ac iter
nos discrimina seua soluens post
funera derelicta: sedē ducat mor=
tis ac maloꝝ ignarā. Ubi ad dex=
terā patris almā sedet cōregnans
coetern⁹ per oia. Potēter cūcta di
sponendo cū eo: secla presentia et
futura. Beata iustis donās: oib⁹
premia preclara qua lux vere mi=
cat: que est salus eterna et nostra
gloria. Secundum lucam .ii. cap.
In illo tpe: Erant ioseph et
maria mater iesu: mirantes
sup his q̄ dicebant de illo: Et be=
nedixit illis symeon: et dixit ad ma
riam matrem eius. Ecce positus
est hic in ruinā et in resurrectionē
multoꝝ in israel: et in signū cui cō=
tradicet. Et tuā ipsius aiam per=
transibit gladi⁹/ vt reuelentur ex
multis cordibus cogitationes Et
erat āna pphetissa filia phanuel
de tribu aser Hec processerat i die
b⁹ multis: et vixerat cum viro suo
annis septem/ a virginitate sua
Et hec vidua erat vsq3 ad annos
octogintaquattuor: q̄ nō discede=
bat de tēplo/ ieiuniis et obsecrati
onib⁹ seruiēs nocte ac die: Et hec
ipa hora supueniēs cōfitebat dño
et loqbat de illo oib⁹ qui expecta=
bāt redēptionē israel Et vt perfe=
cerūt oia scdz legē dñi: reuersi sūt
i galileā in ciuitatē suā nazareth.
Puer aūt crescebat et cōfortabat:
plenus sapientia. Et gratia dei:
erat in illo. Credo. Offerto De⁹
eni firmauit orbē terre q̄ nō cōmo
uebitur: parata sedes tua deus ex
tunc a seculo tu es. Secreta
Accepta dñe q̄s sacrificium
plebis tue. quam iesu christi
filii tui domini nostri iubeas esse
consortem: qui humanitatis no=
stre dignat⁹ est fieri pticipes Qui
tecū vi. Cōio. Tolle puerū et ma/
trē ei⁹ et vade i trā iuda: defūcti sūt
eni q̄ q̄rebāt aiam pueri. Postcō.
Sumpto sacrificio q̄s domie
tua generaliter exultet eccle
sia: quo infirmitates eius sunt as=
sumpte: vt diuine particeps fie=
ret: ipsa substātie. Per dominum
¶ In die sancti siluestri. Officiū.
Sacerdotes tui domie in
duant iusticiā/ et sancti
tui exultēt: propter da=
uid seruū tuū non auer
tas faciē xpi tui. ps Memēto dñe
dd: et ois māsuetudis ei⁹ Glia. or
Da q̄s ops de⁹: vt bti siluestri
cōfessoris tui atq3 pōtificis ve
nerāda solēnitas: et deuotionē no
bis augeat et salutem. Per dūm.
Meōria de nati. de scto stephano
de scto iohā. de inocētib⁹. et de scto
thoma. Epla. Ecce sacerdos. In
cōi fo. x. Gr. Ecce sacerdos magn⁹
qui i dieb⁹ suis placuit deo. v Nō
est iuētus similis illi q̄ cōseruaret
legē excelsi. Allā. v. Inueni dd ser
uū meū: oleo scto meo vnxi eū Se
quētia de cōi. Euang. Homo q̄dā
pegre. In cōi. xi. Offr. Inueni da
uid seruū meū/ et i oleo sācto vnxi
eū: man⁹ eni mea auxiliabitur ei:
et brachiū meū confortabit eum.
Adesto dñe quesumus Sec.
oblationibus nostris: nec
vllis mentis et corporis patiaris
subiacere periclis: quos bti silue
stri cōfessoris tui atq3 pōtificis mu=
nit gloriosa cōfessio. Per dominū
Cōmunio. Beat⁹ seruus quē cu3

venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis super omia bona sua cõstituet eum. Postcõmunio.

Quesumus omnipotẽs deus: vt hodierne munus solenni tatis acceptũ: intercedente beato siluestro confessore tuo atqꝫ pontifice: et corporibus nostris salutẽ prestet et mentibus. Per dominũ

¶ In die circũcisionis. Officium.

Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomẽ eius magni consilij angelus. ps. Cantate domino canticum nouum: qꝛ mirabilia fecit. Gloria. Oratio.

Deus qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauũ: fac nos q̃s eius perpetua diuinitate muniri/ cuius sumus carnali ꝯmercio reparati. Qui te. Nulla fiat mẽo. ad hãc mis. Epla. Apparuit gra dei. vt ipsa missa i die nati. dñi. fol. x. Gr. Viderunt oẽs fines terre salutare dei nr̃i: iubilate deo ois terra. V. Notũ fecit dñs salutare suũ ante cõspectum gentiũ reuelauit iusticiã suã. Allã V. Multipharie olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo. Sequentia.

Eya recolamus laudibus piis digna. Huius diei gaudia. in qua nobis lux oritur gratissima. Noctis itererit nebula: pereunt nostri criminis vmbracula. Hodie seculo maris stella/ est enixa noue salutis gaudia. Quẽ tremunt baratra/ mors cruenta pauet ipsa a quo peribit mortua. Gemit capta/ pestis ãtiqua/ coluber liuidus/ perdit spolia. Homo lapsus/ ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina/ angelorum celestia. Quia erat dragma decima perdita/ et est inuenta. O proles nimiũ beata/ qua redempta est natura. Deus qui creauit omia/ nascitur ex femina Mirabilis natura mirifice induta/ assumens quod non erat/ manẽs quod erat. Induitur natura diuinitas humana/ qs audiuit talia dic rogo facta? Querere venerat pastor pius quod perierat. Induit/ galeã certat vt miles armatura. Prostratus in sua propria/ ruit hostis/ spicula auferũt tela. In quibus fidebat diuisa sũt illius spolia/ capta preda sua. Xpi pugna fortissima/ salus nostra est vera. Qui nos suam ad patriam/ duxit post victoriam. In qua sibi laus est eterna. Scdm lu. ii. c

In illo tpe: Postq̃ consummati sunt dies octo vt circũcideretur puer: vocatũ est nomen eius iesus. Quod vocatum est ab angelo: priusq̃ in vtero conciperetur. Credo. Offer. Tui sunt celi et tua est terra: orbẽ terrarũ et plenitudinẽ eius tu fundasti/ iusticia et iudiciũ preparatio sedis eius. Se

Presta q̃sumus omnipotẽs deus vt per hec munera que domini nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerimus purificate mentis intelligentia consecamur. Per eundem. Cõio. Viderunt omnes fines terre: salutare dei nostri. Postcõmunio.

Presta quesumus domĩe vt quod nostri saluatoris iterata solennitate percepimus perpetue nobis saluationis conferat medicinam. Per eundem dominũ nostrum iesum christum filiũ tuũ

¶ In octa. scti stephani scti iohis et sctoꝝ innocentiū/siue dñica fuerit siue nō/ad missā oīa fiant sicut in pma die pter sequētiā et Credo et prefatio. Et dī cātus sup. Kyrie el. Gloria i excelsis. Sanctus. et. Agnus. sicut in festo simplici. ix. lc. Tamen si dñica fuerit dicit Credo sed nulla sequen. et etiā fiant meo rie de sctis per ordinē. Meō autē fiat de sctā maria in oct. scti stephani: et ab hinc vsqz ad purifica. tam in festis q̄ in ferijs et in dñicis nisi in vigil. epy. et in die eiusdem cū oratione Deus qui salutis. ¶ In vigilia. epy. Ad missam. Officium.

Lux fulgebit hodie sup nos qꝛ natus est nobis dñs: et vocabitur admirabilis deus / princeps pacis/pater futuri scli cuius regni nō erit finis. ps. Dñs regnauit decorē idut⁹ est: indut⁹ est dñs fortitudinē et precinxit se. Gloria. Hac die si dñica fuerit: dī cantus super Kyrie el. Glia i excel. Sanctus et Agnus. sicut in festo simplici. ix. l. Si vero dñica non fuerit: dicitur cantus sicut in festo. iij. lectio. sine regimine chori: et nō dicit. Gloria i excelsis. nec. Credo. nec. Ite missa est. qꝛ quasi vigilia habetur: tamen dyaconus et subdyacon⁹ dalmatica et tunica vtantur. Oratio

Corda nr̄a q̄s domine ventu re festiuitatis splendor illustret: quo mūdi hui⁹ tenebris carcere valeamus: et perueniam⁹ ad patriā claritatis eterne. Per do. Mēoria de sctō thoma. vts. et de sctō edwardo rege et confesso. or.

Deus qui vnigenitū filiū tuum dñm nostrū iesū christū gloriosissimo regi edwardo in forma visibili demōstrasti tribue q̄s vt eius meritis et precibus ad eternā ipsius domini nostri iesu christi visionē ptingere mereamur. Qui tecum. Non dī plures vel pauciores oīones ad hanc missā siue dñica fuerit siue non. Epla. Apparuit benignitas. vtś in nocte nati. do. ad scdam missā fo. xi. Gr. Benedictus q̄ venit i noīe dñi deus dñs et illuxit nobis. ꝟ. A dño factū est istō et ē mirabile i ocłis nr̄is Siue dñica fue. siue nō/sēp hac die dī. Al. ꝟ. Dñs regnauit decorē iduit induit dñs fortitudinē et precinxit se vtute. Non dī sequen. Scdm matheū. ij.

In illo tpe: Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit in sōnis ioseph in egypto: dicēs Surge et accipe puerum et matrē eius: et vade in terram israel. Defuncti sunt enim: qui querebāt animam pueri. Qui consurgens accepit puerū et matrem eius: et venit in terram israel. Audiēs aūt q̄ archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus i sōnis. secessit in partes galilee / et veniens habitauit i ciuitatem que vocatur nazareth Ut adimpleretur quod dictum est per pphetas: qm̄ nazare⁹ vocabit. Offr. Deus enim firmauit orbem terre qui nō cōmouebitur: parata sedes tua deus extunc a sclo tu es.

Tribue q̄s dñe vt eum Sec. presentibus immolemus sacrificiis/et sumamus quem venture solennitatis pia munera preloquūtur: dñm nostrū iesū christum filiū tuū. Qui te. De sctō thōa sec. vts. Alia secre. de sancto edwardo.

Sacris altaribus assistentes nos domine q̄s spūs sancti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offe-

rimus: nobis ipso interueniente fiat remediū salutare. Per d. In vnita. eiusd. psa. qtid. Cōio. Tolle puerū et matrē ei⁹ et vade i terrā iuda defuncti sūt enim q̄ querebāt aīam pueri. Postcōio.

Da nobis q̄s dn̄e digne celebrare mysteriū quod in nostri saluatoris infantia myraculis chorusscantibus declaratur: et corporalibus incrementis manifesta designatur humanitas. Per eundem Alia postcōio de sācto thoma vts. De sancto edwardo. Postcōio.

Vitalis alimonie cōuiuio saginati q̄s dn̄e deus noster: vt beati regis edwardi confessoris tui suffragātibus meritis: celestis cōuiuij mereamur esse partici pes. Per do. In nocte epy. post ix. R. cantet hoc euangeliū. Dn̄s vobiscū. Et cū spiritu tuo. Sequētia sc̄i euāge. scd̄m lucā. iij. capit.

Factum est autē cū baptizaretur omnis populus: et iesu baptizato et orante apertū est celū et descendit spūssanctus corporali specie sicut cōlūba in ipm. Et vox de celo facta est: tu es fili⁹ meus dilectus in te cōplacuit michi. Et ipse iesus erat incipiēs q̄si ānorū trigīta: vt putabat fili⁹ ioseph Qui fuit heli. qui fuit mathat. qui fuit leui. Qui fuit melchi. qui fuit ianne. qui fuit ioseph Qui fuit mathathie. qui fuit amos. q̄ fuit naū Qui fuit esli. qui fuit nagge. Qui fuit mathath. qui fuit mathathie. Qui fuit semei. qui fuit ioseph. qui fuit iuda. qui fuit iohanna. qui fuit resa. Qui fuit zorobabel. qui fuit salathiel. qui fuit neri. Qui fuit melchi. qui fuit addi. qui fuit thosam. Qui fuit helmadā. Qui fuit her. Qui fuit iesu. Qui fuit helie zer. Qui fuit iorim. Qui fuit mathath. Qui fuit leui. Qui fuit symeon. Qui fuit iuda. Qui fuit ioseph. qui fuit iona. qui fuit eliachī Qui fuit melcha. qui fuit menna. Qui fuit mathatha. Qui fuit nathan. Qui fuit dauid. qui fuit iesse Qui fuit obeth. Qui fuit booz. Qui fuit salmon. Qui fuit naasō. Qui fuit aminadab. Qui fuit arā Qui fuit esrom. Qui fuit phares Qui fuit iude. Qui fuit iacob. qui fuit ysaac. Qui fuit abrahe. Qui fuit thare. Qui fuit nachor. qui fuit saruch. Qui fuit ragau. Qui fuit phalech. Qui fuit heber. Qui fuit sale. Qui fuit chainā. Qui fuit arphaxat. Qui fuit sem. Qui fuit noe. qui fuit lamech. Qui fuit mathusale. qui fuit enoch. qui fuit iareth. Qui fuit malaleel. Qui fuit chainā. Qui fuit enos. Qui fuit seth. qui fuit adā. q̄ fuit dei Jesus aūt plenus spiritusancto: regressus est a iordane. Finito euāgelio incipiat sacerdos in cappa serica psalmum. Te deum laudamus.

In die epyphanie. Officium

Ecce aduenit dominator dominus et regnum in manu eius ⁊ potestas ⁊ imperiū. psalmus. Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Gloria patri. Kyrie fons bonita. Oratio

Deus qui hodierna die vnigenitum tuū gentibus stella duce reuelasti: concede propicius/ vt qui iam te ex fide cognouimus vsq; ad contemplandam speciem tue celsitudinis pducamur. Per eundem. Lectio ysaie prophete. ix capitulo.

Surge illuminare hierusalē qui venit lumen tuum: et

gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebre operient terrã: et caligo populos. Sup te autẽ orietur dñs: et gloria eius in te videbitur Et ambulabũt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ort⁹ tui Leua in circuitu oculos tuos ꝫ vide: oẽs isti congregati sunt/ venerunt tibi. Filij tui delonge veniẽt: et filie tue de latere surgẽt. Tunc videbis et afflues/ et mirabitur ꝫ dilatabitur cor tuum: quando cõuersa fuerit ad te multitudo maris/ fortitudo gentium venerit tibi Jnundatio cameloꝝ operiet te dromedarij madiã ꝫ effa. Omnes de saba veniẽt aurũ ꝫ thus deferẽtes: ꝫ laudẽ dño annũciãtes. Rß. Oẽs de saba veniẽt aurũ ꝫ th⁹ deferẽtes et laudẽ dño annũciãtes. V. Surge et illumare hierusalẽ: qꝛ glia dñi sup te orta est. Al. V. Vidimus stellã ei⁹ i oriẽte ꝫ venim⁹ cũ munerib⁹ adorare dñm Sequen.

Epyphaniã dño canam⁹ gloriosam. Qua prolem dei vere magi adorant. Jmmensa caldei cuius per secla venerãtur potẽtiam. Quem cuncti prophete precinere venturũ gentes ad saluandas. Cuius maiestas ita est inclinata vt assumeret serui formam. Ante secula qui deus et tempora homo factus est ex maria Sequẽs v⁹ dicitur ter. Balaam de quo vaticinans exibit ex iacob rutilans iquit stella. Et confringet ducum agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferunt preclara/ aurũ simul thus et myrram Thure deum predicãt auro regem magnũ/ hoiem mortalem myrra. Jn somnis hos monet angelus ne redeant ad regem cõmotum propter regna. Pauebat etenim nimium regẽ natũ/ verens amittere regni iura Magi sibi stella micante preuia Pergunt alacres itinera patriam Que eos ducebat ad propriam linquentes herodis mandata. Qui percussus corde nimium pre ira. Ex templo mandat infantulos per cũcta. Jnquiri bethleem cõfinia et mox priuari eos vita. Omnis nunc caterua tinulum iungat laudibus organi neuma. Mistice offerens regi regum christo munera preciosa Poscens vt per orbem regna omnia protegat i secula sempiterna Secundum matheum. ij. capitu.

Cum nat⁹ esset iesus i bethleem iude i diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolimam dicẽtes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellã eius in oriente et venimus adorare eum. Audiẽs autẽ herodes rex turbatus est: et omnis hierosolima cũ illo. Et cõgregans omnes prĩcipes sacerdotum et scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur At illi dixerunt ei. Jn bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaꝗ̃ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meũ israel. Tunc herodes clam vocatis magis diligẽter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens eos in bethleẽ: dixit. Jte et interrogate diligẽter de puero: et cum inueneritis renũciate michi/ vt ꝫ ego veniẽs adorẽ eũ. Qui cũ audissent regẽ abierũt. Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos: vsqꝫ dũ veniens staret supra vbi erat puer. Videtes aũt stellã:

gauisi sunt gaudio magno valde Et intrantes domũ: inuenerunt puerũ cũ maria matre eius / ₰ pro cidentes adorauerũt eũ Et apertis thesauris suis / obtulerunt ei munera / aurũ / thus / et myrrã Et responso accepto in sõnis ne redirent ad herodem: per aliam viã reuersi sunt in regionẽ suam. Offer. Reges tharsis et insule munera offerẽt / reges arabũ ₰ saba dona adducẽt ₰ adorabũt eũ oẽs reges terre oẽs gentes seruiẽt ei. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe dona propicius intuere: quibus non iam aurũ thus ₰ myrra profertur sed quod eisdẽ muneribus declaratur / imolat et sumitur iesus christus dñs noster. Qui tecũ. Prefatio. Qr cuz vnigenitus. Hec prefatio dr per totas oct. ₰ i octauis. ₰. Cõicãtes sifr. Cõio. Vidim⁹ stellam ei⁹ in oriente: et venimus cũ muneribus adorare dominũ. Postcõio

Presta q̃s oĩps deus: vt que solenni celebramus officio: purificate mẽtis intelligẽtia consequamur. Per dñm. Quotidie infra oct. dr eadẽ missa: sed sine sequẽtia ₰. Credo. Tñ in dñica dicit Credo sed nulla sequẽtia. Dñica infra oct. ad missã dr cãtus super Kyrie el. Glia in excel. Sanctus. et Agnus p ordinẽ sicut infra oct. cũ regimie chori habetur. cetera sicut in die preter sequẽtiã: cum hoc euangelio. Scdm iohannez. i. c

In illo tpe: Vidit iohannes iesum veniẽtem ad se: et ait. Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est: qr prior me erat / ₰ ego nesciebã eum. Sed vt manifestetur in israel: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit iohannes dicẽs. Qr vidi spm descẽdentẽ quasi colũbã de celo: et mãsit sup eũ / ₰ ego nesciebam eũ. Sed q̃ misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Super que videris spm descendẽtẽ ₰ manentẽ sup eũ: hic est q̃ baptizat in spũscõ. Et ego vidi / ₰ testimoniũ phibui / qr hic est filius dei. Ob uocatio ifra oct. non'eue. tũc in q̃rta fe. ifra oct. legat hoc pdictũ euangeliũ. Tercia die ifra oct. fiat me. de martyrib⁹ luciano socioꝝ ei⁹ cũ ofone de cõi plurimoꝝ martyruz.

In octa. epyphanie. Officium

Ecce aduenit dominator dñs / et regnuz in manu eius et potestas et imperiũ. ps. Deus iudicium tuũ regi da: ₰ iusticiam tuam filio regis. Gloria patri Oratio

Deus cuius vnigenitus ĩ substãtia nostre carnis apparuit presta quesum⁹: vt per euz quẽ similẽ nobis foris agnouimus / intus reformari mereamur. Qui tecum. Mcõria de sancto hylario. Oro.

Adesto domie supplicationibus nostris: et intercessione beati hylarij confessoris tui atq₃ pontificis cuius depositionẽ celebram⁹: perpetuã nobis miam benignus ipẽde. Per. do Mcõria de sancta maria. or. Deus qui salutis eter Lectio ysaie pphete. xi. c.

Domine deus meus honorificabo te: laudez tribuã noĩ tuo / q̃ facis mirabiles res. Consiliũ tuũ antiquũ verum fiat. Dñe excelsũ est brachiũ tuũ deus sabaoth: corona spei q̃ ornata est glia. Exultet desertũ et exultent solitudines iordanis: et populus meus videbit altitudinẽ dñi ₰ maie-

statem dei/et erit congregatus et redēptus per deū. Et veniet ī spō cū glia: et leticia sēpiterna sup caput ei⁹ laus et exultatio. Et aperiā in mōtibus flumina: ī mediis cāpis fōtes disrūpā/et terrā sitiētē sine aqua infūdā. Ecce puer meus exaltabit et eleuabit. et sublimis erit valde. Haurietis aquas ī gaudio de fōtibus saluatoris: & dicetis in illa die cōfitemini dño/& inuocate nomē eius. Notas facite ī populis virtutes ei⁹: cantate dño quia mirabilia fecit. Annunciate hec in vniuersa terra: dicit dñs oīnipotēs. Gr. Omnes de saba veniēt aurū et thus deferētes: et laudē dño annunciantes. V. Surge & illuminare hierusalē / qz glia dñi super te orta est. Allā. V. Vidimus stellā eius in oriēte et venim⁹ cum munerib⁹ adorare dñm. Non dr seq̄. s. do. suc. Scdm matheū. iij.

In illo tpe Venit iesus a galilea in iordanē ad iohannē: vt baptizaret ab eo Johānes aūt prohibebat eū: dicēs. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me. Respōdēs aūt iesus: dixit ei. Sine modo: sic eni decet nos iplere oēz iusticiā. Tūc dimisit eū. Baptizatus aūt iesus confesti ascendit de aqua/et ecce aperti sūt ei celi et vidit spiritū dei descendētē sicut columbā/et venientē super se. Et ecce vox de celis dicēs. Hic est fili⁹ meus dilectus: in quo michi bene cōplacui. Offe. Reges tharsis et insule munera offerēt: reges arabuz et saba dona adducent et adorabunt eum omnes reges terre/oēs gentes seruient ei Secreta.

Hostias tibi dñe pro nati filij tui apparitiōe deferimus suppliciter exorātes: vt sicut ide: nostrorū auctor est munerū: ita ipse sit misericors et susceptor iesus christus dñs noster. Qui tecum. Alia secreta de sancto hylario.

Sancti hylarij p̄cibus tibi dñe q̄s gratia reddat oblatio: p cuius est depositione imolāda. p. pfa. Qz cū vnigenitus. et. Cōicātes. vt in die. Cōio. Vidimus stellā eius in oriente. et venimus cuz muneribus adorare dñm. Postcō.

Celesti nos q̄s dñe lumīe sēper et vbiqz preueni: vt misteriū cui⁹ nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu/ & digno pcipiamus effectu. Per d. Alia postcōio de sancto hylario.

Sumpsimus dñe pignus redemptionis eterne. sit nobis q̄s intetueniēte beato hylario cōfessore tuo atqz pontifice: vite presentis auxiliū pariter & future. P.

Dñica prima post. oct. epyphanie. Ad missam, Officium.

In excelso throno vidi sedere virū quē adorat multitudo angelorum psallentes in vnum ecce cuius imperij numē est in eternum. ps. Jubilate deo oīs terra. seruite domino in leticia. Oratio.

Vota q̄s dñe supplicātis populi celesti pietate prosequere: vt et que agenda sunt videāt: et adimplenda que viderint cōualescant. Per dominum. Ad romanos. xii.

Fratres: Obsecro vos p misericordiā dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē sanctam/deo placētē: rationabile obsequiū vestrū. Et nolite cōformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri / vt probetis que sit voluntas dei bona/ et bene placēs et perfecta. Dico enī

per gratiã que data est michi / omnibus qui sunt inter vos non plus sapere ꝙ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ / et unicuiqꝫ sicut deus diuisit mensurã fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: oĩa aũt mẽbra non eundem actum habent / ita multi unũ corpus sumus i xp̃o. Singuli aũt alter alteri⁹ mẽbra. In xp̃o iesu: dño nr̃o. Gr. Bñdict⁹ dñs de⁹ israel qui facis mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiant mõtes pacẽ populo tuo: ⁊ colles iusticiã. Allã. ℣. Jubilate deo oĩs terra: seruite dño i leticia. Nulla die dñica per annũ dicit̃ sequentia ad missã qñ de dñica agit̃ nisi in aduentu et in t̃pe paschali: et nisi in dñica infra ebd̃. nati dñi. S. lu. ij.

Cum factus esset iesus annorum duodeci: ascẽdentibus illis hierosolymã scd̃m consuetudinẽ diei festi: consummatisqꝫ diebus cũ redirent remansit puer iesus in hierusalẽ: et non cognouerunt parentes eius. Existimãtes aũt illũ esse in comitatu: venerũt iter diei / et reqrebant eũ inter cognatos et notos. Et nõ inuenientes: egressi sunt in hierusalem reqrẽtes eum. Et factũ est post triduum / inuenerũt illum in templo sedentẽ in medio doctorũ: audientẽ illos et interrogantẽ. Stupebant autẽ oĩs qui eũ audiebãt: super prudentia et responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ. Fili: qd̃ fecisti nobis sic? Ecce pater tuus ⁊ ego: dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est ꝙ me q̃rebatis? Nesciebatis qꝛ in his que patris mei sunt: oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbũ: quod locut⁹ est ad illos. Et descẽdit cũ eis et venit nazareth: et erat subdit⁹ illis. Et mater ei⁹ cõseruabat oĩa verba hec: conferens in corde suo. Et iesus proficiebat sapiẽtia: etate et grã apud deũ et hoĩes. Offer. Jubilate deo omis terra: iubilate deo oĩs terra seruite dño in leticia intrate in ꝯspectu eius i exultatione / qꝛ dñs ipse est deus. Secreta.

Oblatũ tibi dñe sacrificiũ viuificet nos q̃s sep ⁊ muniat. Per d̃. pfa. q̃tid̃. Cõio. Fili qd̃ fecisti nobis sic: ego ⁊ pr̃ tu⁹ dolentes querebam⁹ te. ⁊ qd̃ est qd̃ me q̃rebatis nesciebatis qꝛ i his q̃ patris mei sunt oportet me esse. Postcõ.

Tua nos dñe sancta libãtes et perfecte capiamus purgationis effectũ: et continuũ diuine defensionis auxilium. Per dñm

¶ Si t̃pus a deo breue fuer. ab octa. epy. usqꝫ ad. lxx. ꝯ tres misse dñicales. scꝫ In excelso throno. Oĩs terra. et. Adorate. non possint singule in singulis cãtari ebdo. tunc due vel tres misse si t̃pis breuitas expetierit in una eadẽqꝫ ebdo. cantentur. Et si aliqd̃ festũ triũ lect' ibidẽ ꝯtigerit totum seruitiũ fiat de festo usqꝫ ad missã. et ad illam missã q̃ erit de t̃pali / fiat scd̃a oõ de ipso festo. tercia de sctã maria. quarta de oĩbus sctis. quita p̃ vniuersali ecclia. Cetere vero misse q̃ sequunt̃ / eo anno oĩno p̃termittant̃. Hoc etiã bene obseruet̃ ꝙ nũ ꝙ ante primã dñicã post octa. epy. cãtetur missa. In excelso throno. nisi qñ nulla dñica inter oct. epyphanie et lxx. contigerit: tũc enim in ferijs primo loco post octa. epyphanie cantetur: et due misse. scꝫ. Omnis terra. et Adorate deum. in ferijs sequentibus eiusdẽ ebdo.

cantent: et tūc nichil fiat dē festis trium lect. que ibidē contingere pos sunt. Cū aūt plurū fue. tps officiū Adorate. per tres dñicas cantetur Si vero tres fuerint dñice inter octa. epyphanie et septuagesime: ita q tria officia predicta cantent tunc in ferijs post terciam dñicam si vacauerint dicuntur epystole et euangelia de quarta et quita dñica in missis de die. ¶ Feria quarta. Epystola. Ad romanos. x cap.

Fratres: Voluntas quidem cordis mei: et obsecratio ad deum fit pro illis in salutē. Testimoniū eni perhibeo illis q emulationē quidē dei habēt / sed non scdm scientiā. Ignorātes eni iusticiā dei / et suā qrētes statuere: iusticie dei nō sunt subiecti. Finis enim legis xps / ad iusticiam omni credenti. Euāgel. Scdz matheū. iiij.

In illo tēpore: Cum audisset iesus q iohannes traditus esset: secessit in galileā. Et relicta ciuitate nazareth: venit et habitauit in ciuitate capharnaū maritima in finibus zabulon et neptalim: vt adimpleret quod dictum est per ysaiā prophetā. Terra zabulon et terra neptalim: via maris trans iordanē galilee gentiū Populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnā. Et sedētibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit iesus predicare: et dicere. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. ¶ Feria sexta. Epystola. Ad romanos. xiij. cap.

Fratres Omnis anima potestatibus sublimioribꝰ subdita sit. Non est eni potestas nisi a deo. Que autem sunt / a deo ordinata sunt. Itaqz qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt / ipsi sibi dānationem acquirūt. Nam qui principa utur non sunt timori boni operis: sed mali. Vis aūt non timere potestatem: bonū fac / et hēbis laudē ex illa. Dei enim minister: est tibi in bonū. Si autem male egeris time. Non enim sine causa / gladiū portat. Dei enim minister est vindex in iram ei qui malum agit. Ideoqz necessitate subditi estote non solum propter iram / sed etiā propter conscientiam. Ideo et tributa prestatis. Ministri enim dei sunt in hocipsum seruientes. Euangeliū. Secundū lucam. iiij.

In illo tempore Egressus est iesus in virtute spiritus i galileam et fama exijt per vniuersā regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: et magnificabatur ab omnibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit secundū consuetudinē suā die sabbati in synagogā et surrexit legere. Et traditꝰ est illi liber ysaie propheta. Et vt reuoluit librum: inuenit locū vbi scriptū erat. Spiritus dñi super me / pp̄ter qd vnxit me: euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde. Predicare captiuis remissionē: et cecis visum / dimittere cōfractos in remissionē / predicare annū domini acceptū: et diē retributionis Et cum plicuisset librum: reddidit ministro / et sedit. Et oīm in synagoga oculi: erant intendentes in eum. Cepit autem dicere ad illos quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris. Et oms testimoniū illi dabant: et mirabantur in verbis gratie: que procedebant de ore ipsius. Per totā ebdo

dicitur missa dñicalis/nisi festum intercurrat vnde fiat seruitium ꝛ nisi quando missa. Salus populi. vel quando dicit̃ de festo loci/vel de sancta maria. ¶ Dñica secunda post octa.epyphanie. Officium

Omnis terra adoret te deus et psallat tibi: ꝛ psalmum dicat nomini tuo altissime. ℣. Jubilate deo oĩs terra psalmum dicite nomini eiꝰ date gloriã laudi eiꝰ. Oratio.

Omĩps sempiterne deus / qui celestia simulet terrena moderaris /supplicatiões populi tui clementer exaudi/et pacem tuam nostris concede temporibus. Per dominũ nostrũ. Ad romanos.xij.

Fratres: Habentes donationes scd̃m gratiam que data est nobis differẽtes siue prophetiam secundum rationem fidei: siue ministeriũ in ministrando/siue qui docet in doctrina. Qui exhortatus: in exhortando/qui tribuit ĩ simplicitate/qui preest in sollicitudine/qui miseretur in hylaritate. Dilectio: sine simulatione. Odientes malum: adherentes bono Caritatem fraternitatis: inuicem diligentes. Honore: inuicem preuenientes. Sollicitudine non pigri Spũ feruẽtes: dño seruiẽtes Spe gaudentes ĩ tribulatiõe patiẽtes Orationi instãtes: necessitatibus sanctoꝝ cõmunicantes: hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus: flere cum flẽtibus Idipsum inuicem sentientes: non alta sapiẽtes/sed huilibus cõsentiẽtes Gr. Misit dñs verbũ suũ et sanauit eos ꝛ eripuit eos de interitu eoꝝ ℣. Cõfiteãt dño mie eiꝰ: et mirabilia eius filijs hoĩz. All'. ℣. Laudate deũ oẽs ãgeli eius: laudate eũ oẽs virtutes eius. Scd̃m iohãnem.ij.

In illo tempore: Nuptie facte sũt in chana galilee. Vocatus est autem iesus et discipuli eius: ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater eiꝰ ad eũ. Vinũ nõ habent. Et dicit ei iesus. Quid michi et tibi est mulier. Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunqꝫ dixerit vobis Facite. Erant autẽ ibi lapidee hydrie sex posite scd̃m purificationẽ iudeoꝝ capiẽtes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis iesus Implete hydrias aqua Et impleuerunt eas vsqꝫ ad sũmũ Et dixit eis iesus Haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autẽ gustauit architriclinus aquã vinum factũ: et nõ sciebat vnde esset: ministri autẽ sciebant qui hauserant aquã vocat sponsũ architriclinus et dicit ei. Omnis homo primũ bonum vinũ ponit: et cum inebriati fuerint /tunc id quod deterius est. Tu autẽ seruasti vinũ bonũ: vsqꝫ adhuc. Hoc fecit initiũ signorum iesus ĩ chana galilee: et manifestauit gliãꝫ suã. Et crediderũt ĩ eũ: discipuli eiꝰ Offr. Jubilate deo vniuersa t̃ra. iubilate deo vniũsa t̃ra psalmũ dicite noĩ eiꝰ: veĩte ꝛ audite et narrabo vobis oẽs q̃ timetis deũ q̃ta fecit deꝰ aĩe mee al'. Sec.

Vt tibi grata sint dñe munera populi tui supplicãtis ab omĩ qs eũ contagiõe puersitatis emũda.p. Cõio Dicit dñs implete hydrias aqua et ferte architriclino et dum gustasset architriclinꝰ aquã vinũ factũ dicit spõso. seruasti vinũ bonũ vsqꝫ adhuc hoc signũ fecit iesꝰ p̃mũ corã discipl'is suis.

Augeatur in nobis dñe q̃s tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramẽtis ad eorum promissa capienda: tuo semper munere preparemur. Per do.

Feria .iiij. ad tymothem. i.cap

Carissime: Fidelis sermo et omni acceptione dignus Quia xp̃s iesus venit in hũc mundum peccatores saluos facere q̃rũ primus ego sum. Sed ideo miãm consecutus sum: vt in me primo ostenderet xp̃s iesus omnẽ potentiam ad informationẽ eorum qui credituri sunt illi / in vitam eternam. Regi autem seculo℞ imortali inuisibili: soli deo honor ꝫ glia/ĩ secula secło℞ amen. S. marcũ. vi

In illo tp̃e. Egressus iesus abijt in patriã suã: et sequebantur illũ discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius dicentes. Unde h huic hec omia: et que est sapientia que data est illi / et virtutes tales que per man⁹ eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius marie frater iacobi et ioseph/et iude et symõis? Nõne et sorores ei⁹ hic nobiscũ sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis ies⁹ Q: non est propheta sine honore: nisi in patria sua / et in domo sua et in cogitatiõe sua. Et non poterat ibi virtutẽ vllã facere: nisi paucos infirmos ipositis manib⁹ curauit. Et mirabatur: propter incredulitatem eorum. Feria sexta. Ep̃la. Ad romanos. xiiij. cap.

Fratres. Scio et confido in dño iesu: q: nichil commune per ipsum / nisi ei qui se existimat q̃d cõmune esse/ illi cõe est. Si eni propter cibũ frater tuus scandalizatur aut cõtristat: iam non scd̃m caritatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ perdere: ꝑ quo xp̃s mortu⁹ est Non ergo blasphemet: bonũ nostrũ. Non est eni regnũ dei esca et potus: sed iusticia / pax et gaudiũ in spũsancto. Qui enim in hoc seruit xp̃o: placet deo/et probat⁹ est hoibus. Itaq: que pacis sunt sectemur: et que edificatiõis sunt in uicẽ custodiamus Noli ꝑpter escã destruere opus dei. Oia quidem mũda sunt: sed malum est hoi qui per offendiculũ manducat. Bonũ est non mãducare carnẽ/et non bibere vinũ: neq: in quo frater tuus offendit / aut scandalizat / aut infirmatur. Tu fidẽ quã habes: penes temetipsũ habe corã deo. Beatus qui non iudicat semetipsũ: ĩ eo quod probat. Qui autẽ discernit si mãducauerit: damnat⁹: est/ quia non est ex fide. Omne autem quod non est ex fide: peccatum est

Secundum lucam .iiij. cap.

In illo tp̃e: Descendit iesus in capharnau: ciuitatem galilee: ibiq: docebat illos sabbatis. Et stupebãt in doctrina eius q: in potestate erat sermo ipsi⁹. Et ĩ sinagoga erat hõ habẽs demoniũ immũdũ: ꝫ exclamauit voce magna dicens. Sine. Quid nobis et tibi iesu nazarene? Uenisti pdere nos Scio te q: sis sanctus dei. Et increpauit illũ iesus dicẽs Obmutesce: et exi ab eo. Et cũ processisset illud demoniũ in medium exijt ab illo/nichilq: illũ nocuit. Et factus est pauor in oibus: et colloquebãtur adinuicem dicẽtes. Quod est hoc verbum: q: in potestate et virtute imperat spiritibus imundis et exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnẽ locum regionis.

Dñica .iij. post oct. epy. Officiũ.
Adorate deum oẽs angeli eius: audiuit et letata est syon / et exultauerunt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe Gloria. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus infirmitatẽ nostram propicius respice: atq; ad protegẽdum nos dexteram tue maiestatis extende. Per dominũ nostrũ. Ad romanos. xij.
Fratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malũ pro malo reddentes. Prouidentes bona: non tantũ coram deo/ sed etiã corã oĩbus hoĩb9. Si fieri potest quod ex vob est: cũ omnibus hoĩbus pacẽ habẽtes Nõ vosmetipsos defendentes carissimi: sed date locum ire Scriptũ est eni Michi vindictã: et ego retribuã dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum Si sitit: potũ da illi. Hoc eni faciens: carbones ignis congeres super caput eius. Noli vici a malo: sed vice in bono malũ. Gr. Timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriã tuã. V. Qm̃ edificauit dñs syon: et videbit i maiestate sua. Allã. V. Dñs regnauit exultet terra: letẽt insule multe. Scdm matheũ. viij. c.
In illo tp̃e Cum descendisset iesus de monte secute sũt eũ turbe multe Et ecce leprosus veniens: adorabat eum dicens. Dñe si vis potest me mũdare. Et extendens iesus manum: tetigit eum dicens Volo: mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Uide nemini dixeris. sed vade ostende te sacerdoti: et offer munus tuum quod precepit moyses i testimoniũ illis Cum autem introisset capharnaum: accessit ad eũ centurio rogans eum et dicens. Dñe/ puer meus iacet in domo paraliticus: et male torquet. Et ait illi iesus Ego veniã: et curabo eum Et respõdens centurio ait. Dñe nõ sum dign9 vt intres sub tectum meũ: sed tantũ dic verbo/ et sanabitur puer meus. Nã ego hõ sum sub potestate cõstitutus: habens sub me milites. Et dico huic vade et vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in israel. Dico aũt vobis q multi ab oriente et occidente veniẽt: et recũbent cũ abraham et ysaac et iacob in regno celorũ. Filij aũt regni: eijcientur i tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit iesus cẽturioni. Uade/ et sicut credidisti: fiat tibi Et sanatus est puer: in illa hora. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ/ dexterã dñi exaltauit me: nõ moriar s; viuã: et narrabo opera domini. Secreta.
Hec hostia dñe q̃s emundet nostra delicta / et ad sacrificiũ celebrandũ subditorum tibi corpora mentesq; sanctificet. Per. pfa. quot. Cõio Mirabantur oẽs de his que procedebãt de ore dei. Postcõ.
Quos tantis dñe largiris vti mysterijs/ pñta q̃s: vt effectib9 eorũ nos veraciter aptare digneris. P.
Feria .iiij. Ad romanos. xv. ca.
Fratres: Obsecro vos p dominũ nostrũ iesũ xp̃m et per caritatem sp̃usancti: vt adiuuetis me in oratiõibus vestris ad deum: vt liberer ab infidelibus qui sunt in iudea: et obsequij mei oblatio accepta sit in hierosolima sanctis:

vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei/vt refrigerer vobiscum. Deus autē pacis: sit cū oībus vobis Amen. S. marcum.iii.

In illo tempore: Intrauit iesus in synagogā: et erat ibi homo habens manū aridā/et obseruabant eum si sabbatis curaret vt/accusarent illum. Et ait homini habenti manum aridā. Surge in medium. Et dicit eis. Licet sabbatis benefacere/an male: animā saluam facere/an perdere? At illi tacebant. Et circūspiciens eos cum ira: contristatus super cecitate cordis eorum: dicit homini. Extende manū tuā: et extendit. Et restituta est manus illi. Feria sexta. Epystola. Ad chorinthios.i.iij

Fratres: Nescitis quia templum dei estis: et spūs dei habitat in vobis? Si quis autem tēplū dei violauerit: disperdet illum deus. Templū eni dei sanctū est: quod estis vos. Nemo se seducat. Si q̄s videt inter vos sapiēs esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia eni huius mundi: stulticia est apud deum. Scriptum est eni. Cōprehendā sapientes in astucias eorū. Et iterū Dñs nouit cogitationes sapientiū: q̄m vane sunt. Nemo itaq; glorietur in hoībus. Oīa eni vestra sunt/siue paul⁹ siue apollo/siue cephas siue mundus/siue vita/siue mors siue presentia/siue futura. Oīa eni vestra sunt: vos autē xpi xpus autem dei. Scdm matheum.iiij.

In illo tpe: Circuibat iesus totā galileā: docens in synagogis eorū/et predicans euāgeliū regni/et sanans oēm languorē et oēm ifirmitatē in populo. Et abiit opinio eius: in totam syriam. Et obtulerunt ei oēs male habentes varijs languoribus et tormentis cōprehensos: et qui demonia habebant/et lunaticos: et paraliticos/et curauit eos. Et secute sunt eum turbe multe. Dñica quarta post octa. epyphanie. Officium

Adorate deum oēs angeli eius: audiuit et leta facta est syon/et exultauerunt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Gloria. Oratio

Deus qui nos in tantis periculis cōstitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis/vt ea que pro peccatis nostris patimur/te adiuuante vincamus. Per do. Ad romanos.xiij.

Fratres Nemini quicq̄ debeatis/nisi vt inuicem diligatis. Qui eni diligit proximum/legem impleuit. Nā non adulterabis/nō occides: non furaberis/nō falsū testimoniū dices/non concupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mādatū: in hoc verbo instaurat. Diliges p̄ximū tuū: sicut teipsū. Dilectio p̄rimo: malū non operat. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gr. Timebūt gentes nomē tuū dñe: et oēs reges terre gloriā tuā. V. Quoniā edificauit dñs syon: et videbitur ī maiestate sua. Allā. V. Dñs regnauit exultet trā letent īsule multe. S. mathe. viij.

In illo tpe: Ascēdente iesu in nauiculā: secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce mot⁹ magn⁹ factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat autē illis ventus contrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserūt ad eū discipuli eius/et suscitauerūt eū

dicentes. Dñe salua nos: perim⁹ Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna. Porro hoies mirati sunt: dicentes. Qualis est hic: quia mare et venti obediunt ei. Offer. Dextra dñi fecit virtutē/ dextra dñi exaltauit me nō moriar sꝫ viuā ꝯ narrabo opa dñi. Secr.

Concede q̄s ops deus: vt huius sacrificij mun⁹ oblatū: fragilitatē nostrā ab oi malo purget et muniat. Per do. p̄fatio q̄ti. Cōio. Mirabantur oēs de his q̄ procedebant de ore dei. Postcōio.

Munera tua nos deus/ et a delectationibus terrenis expediant: et celestibus semper instruāt alimentis. Per dñm. ¶ Feria quarta. Epła. Ad corinthios. i. vij.

que iusticiã fecerit / et que iudiciũ dei sui nõ dereliqrit. Rogant me iudicia iusticie: et appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus et nõ aspexisti: hũiliauim⁹ aĩas nostras et nescisti? Ecce i die ieiunij vestri / inuenit volũtas vestra: et oẽs debitores vr̃os repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et pcutitis pugno ipie. Nolite ieiunare sicut vsq₃ ad hanc diẽ: vt audiat in excelso clamor vester Nũqd tale est ieiunium qd̃ elegi: per diẽ affligere hoiem aiam suã? Nunqd cõtorquere quasi circulũ caput suũ: et saccũ et cinerẽ sternere? Nũquid istud vocaui ieiuniũ: et diẽ acceptabilẽ dño? Nõne hoc est magis ieiuniũ qd̃ elegi? Dissolue colligatiões ipietatis: solue fasciculos deprimẽtes / dimitte eos qui cõfracti sunt: liberos / et omne onus disrũpe. Frange esuriẽti panẽ tuũ: et egenos vagosq₃ induc in domũ tuã. Cũ videris nudum operi eũ: et carnẽ tuã ne despexeris Tũc erũpet qsi mane lumen tuũ: et sanitas tua citi⁹ orietur / et ãteibit faciẽ tuã iusticia tua / et gl̃a dñi colliget te. Tũc inuocabis: et dñs exaudiet. Clamabis: et dicet ecce adsũ. Q₂ misericors sũ dñs de⁹ tuus Gr. Unã petij a dño hanc requirã: vt inhabitẽ in domo dñi. V. Ut videã voluntatẽ dñi: et protegar a templo sancto eius. Tractus.

Domie nõ scd̃m pctã nr̃a que fecim⁹ nos neq₃ scd₃ iniqtates nr̃as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniqtatũ nr̃arũ antiquarũ / cito anticipẽt nos mie tue q₂ pauperes facti sumus nimis. Hic nõ fiat genuflexio cũ dicitur. V. Adiuua nos deus salutaris nr̃: et propter gliam nois tui dñe libera nos / et ppicius esto pctis nostris ppter nomẽ tuũ. S.mattheũ.v.c.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Audistis quia dictũ est. Diliges proximũ tuũ: et odio habebis inimicũ tuum. Ego aũt dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderũt vos / et orate pro persequẽtibus et calũniantib⁹ vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est. Qui solem suũ oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos. Si eni diligitis eos qui vos diligunt / quã mercedẽ habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum / quid amplius facitis? Nonne et ethinci / hoc faciunt? Estote ergo et vos perfecti: sicut et pater vester celestis pfectus est Attẽdite ne iusticiã vestrã faciatis corã hoibus: vt videamini ab eis Alioquin mercedẽ non habebitis: apud patrẽ vestrũ qui in celis est. Cũ facis ergo elemosinã: noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciunt in synagogis et in vicis: vt honorificent ab hoibus. Amen dico vobis: receperunt mercedẽ suã. Te aũt faciente elemosinã: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosina tua in abscõdito / et pater tuus qui videt in abscõdito reddet tibi. Et cũ oratis: non eritis sicut hypocrite qui amant i synagogis et in angulis platearũ stantes orare: vt videant ab hoibus. Amen dico vobis: receperunt mercedẽ suã. Tu autẽ cũ oraueris intra in cubiculũ tuum: et clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscõdito: et pater tuus qui videt in abscondito / reddet tibi. Offer. Dñe viuifica me secundnm eloquiũ tuũ vt sciã

testionia tua. ℣. Fac cũ seruo tuo
dñe scdꝫ magnã miam tuã ꝛ ne au
feras de oꝛe meo verbũ veritatis.
SAcrificiũ dñe obseruan(Se.
tie qdꝛagesimalis offerimus
pstã qs: vt et tibi mẽtes nr̃as red=
dat acceptas: et cõtinẽtie pꝛõptio
ris nobis tribuat facultatẽ. p Cõ.
Seruite dño in timoꝛe ꝛ exultate
ei cũ tremoꝛe appꝛehẽdite discipli
nã ne peatis de via iusta. Postcõ.
TRibue nobis qs omnipotẽs
deus vt dona celestia que de
bito frequẽtamus obseqo: saluta
ria nobis iugiter sentiamus. Per
dominũ Super populum Oꝛem⁹
Humiliate capita vestra deo. Oꝛ.
TUere dñe populũ tuum / et
ab omibus pctis clementer
emũda: qꝛ nulla ei nocebit aduer=
sitas: si nulla dñetur iniquitas. p d
¶ Sabbato ad missam. Officiũ.
AUdiuit dñs ꝛ misert⁹
est michi dñs fact⁹ est
adiutoꝛ meus. ps. Ex
altabo te dñe qm̃ susce
pisti me: nec delectasti inimicos me=
os sup me. Oꝛe⁹ Gl'a. Fle. ge. Le.
ADesto dñe supplicatio(or
nib⁹qꝫ nr̃is ꝛ ꝯcede: vt hoc
solẽne ieiuniũ qd aiabus coꝛpoꝛi=
bus curandis salubꝛiter institutũ
est: deuoto seruitio celebꝛemus:
Per. Lectio. ysaie pphete. lviii.
HEc dicit dñs: Si abstuleris
de medio tui: cathenamꝛ de
sieris digitum extendere: et loqui
quod nõ pdest. Cũ effuderis esuri
enti aiam tuã: et aiam afflictã re=
pleueris / oꝛiet in tenebꝛis lux tua
et tenebꝛe tue erunt sicut meridi=
es. Et requiẽ dabit tibi dñs deus
tuus sẽper: et iplebit splẽdoꝛibus
aiam tuam / et ossa tua liberabit.
Et eris quasi oꝛtus irriguus: et
sicut fons aquarũ cui⁹ non defici
ent aque. Et edificabũtur in te de
serta seculoꝝ: fũdamẽta generati
onis et gñationis. Et vocaberis
edificatoꝛ sepiũ auertens semitas
iniquitatũ. Si auerteris a sabba
to pedẽ tuũ facere volũtatẽ tuam
in die sancto meo: ꝛ vocaberis sab
batũ delicatũ et sctm̃ dñi gloꝛiosũ
et glificaueris eum dum nõ facis
vias tuas / et nõ inuenietur volũ
tas tua vt loquaris ꝯmonẽ tuum
delectaberis sup dño ꝛ sustollã te
sup altitudinẽ terre / et cibabo te
hereditate iacob pr̃is tui. Os eni
dñi locutũ est hec: ait dñs omps.
Gr. Unã petij a dño hãc requirã:
vt ihabitẽ i domo dñi. ℣ Ut videã
volũtatẽ dñi: et ptegat a templo
sctõ eius. Scdm marcum. vi. cap
IN illo tpe: Cũ sero factum
esset erat nauis i medio ma
ris / et iesus in terra. Et vidit eos
laboꝛantes in remigando / erat
enim vẽtus cõtrarius eis. Et cir=
ca quartã vigiliã noctis: venit ad
eos ambulãs supꝛa mare / et vole
bat pꝛeterire eos. At illi vt viderũt
eũ supꝛa mare ambulãtẽ: putaue
runt fantasma esse / et exclamaue
runt. Oẽs eni eũ viderũt: et cõtur
bati sunt Et stati locutus est cum
eis: et dixit illis. Cõfidite: ego sũ
nolite timere. Et ascẽdit ad illos
in naui / et cessauit vẽtus: et plus
magis intra se stupebant. Nõ eñ
intellexerunt de panibus: erat eñ
coꝛ illoꝝ obcecatũ. Et cũ transfre
tassent peruenerunt in terram ge
nezareth / et applicuerũt. Cumqꝫ
egressi essent de naui: continuo co
gnouerũt eũ Et percurrẽtes vni
uersã regionẽ illã: ceperũt in gra
batis eos q̃ se male habebant cir=
cũferre vbi audiebãt eum esse. Et

quocūqz introibāt i vicos vel vil las aut ciuitates: in plateis ponebāt ifirmos / & deprecabātur eū vt vel fimbriā vestimenti eius tangerent Et quotquot tāgebāt eū: salui fiebant Offer. Domine viuifica me secundum eloquium tuum vt sciam testimonia tua. V. Da michi intellectū vt discam mandata tua: & voluntaria oris mei fac michi in bñplacito. domine. Secre.

PRepara nos dñe quesumus hui9 votiuis abstinētie officiis: vt hec sacrificia venerāda: sobriis sēp mētib9 celebrem9 pd Cō Seruite dño in timore et exultate ei cū tremore apprehēdite disciplinā / ne pereatis devia iusta. P9cō

CElestis vite munere vegetati quesum9 dñe deus noster vt quod est nobis in presenti vita mysterium / fiat eternitatis auxilium. Per do. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Or.

HAc nos q̄s dñe salutis nostre causas: et deuotionis semp frequentare seruiciu: et deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dominū. ¶ Dominica prima quadragesime. Ad missā Officiū.

INuocauit me et ego exaudiā eū eripiā eū: & glorificabo eū: longitudine dierū adimplebo eum. ps. Qui hītat i adiutorio altissimi i ptectione dei celi cōmorabitur. Or.

DEus qui ecclesiā tuā annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur Per. Ad chorinthios. ii. vi. ca.

FRatres. Hortamur vos ne invacuū gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te et i die salutis adiuui te. Ecce nunc tps acceptabile ecce nūc dies salutis Nemini dātes vllā offēsionē. vt nō vituperet ministeriū nostrū Sed i oībus exhibeamus nosmetipsos: sicut dei ministros. In multa patientia i tribulationibus / in necessitatib9 in angustiis / in plagis / i carceribus / in seditionibus / i laboribus / in vigiliis / in ieiuniis / in castitate in sciētia / in lōganimitate: i suauitate / i spū sancto. In caritate nō ficta in verbo veritatis / i virtute dei Per arma iusticie: a dextris & a sinistris Per gloriā / et ignobilitatē. per infamiam et bonā famā Ut seductores: et veraces. Sicut qui ignoti et cogniti. Quasi morientes: et ecce viuimus. Ut castigati et non mortificati. Quasi tristes semper autē gaudentes. Sicut egentes: multos autē locupletantes Tanq̄ nichil habentes: et oīa possidentes Gr. Angelis suis mādauit de te. vt custodiāt te i oībus viis tuis V. In manib9 portabūt te ne vnq̄ offendas ad lapidē pedē tuū: Tr.

QUi habitat i adiutorio altissimi: i ptectione dei celi commorabitur: V Dicet dño susceptor meus es tu: et refugiū meū deus meus sperabo in eū. V Qm̄ ipse liberauit me de laq̄o venātiū. et a verbo aspero. V Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pēnis ei9 sperabis V Scuto circūdabit te veritas ei9 nō timebis a timore nocturno. V A sagitta volāte p diē a negocio p ambulāte i tenebris: a ruina et demonio meridiano. V Cadent a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis aūt nō appropiquabit. V Qm̄ angelis suis mandauit de te vt custodiant te in oībus viis tuis

V. In manib⁹ portabūt te: ne vnq̄ offēdas ad lapidē pedē tuū. V. Super aspidē et basiliscū ābulabis: et cōculcabis leonem et drachonē. V. Q̄m i me sperauit liberabo eū: p̄tegā eū q̄m cognouit nomē meū. V. Inuocauit me et ego exaudiā eū cū ipo sū i tribulatiōe. V. Eripiam eū et glorificabo eū lōgitudie dierū adiplebo eū: et ostēdam illi salutare meū. Scdm matheū. iiij.

In illo tēpore: Ductus est iesus in desertum a spū: vt temptaretur a dyabolo. Et cū ieiunasset quadragita diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedēs temptator: dixit ei. Si fili⁹ dei es: dic vt lapides isti panes fiāt Qui respondēs: dixit. Scriptū est Non in solo pane viuit homo: sz in omni verbo quod p̄cedit de ore dei. Tūc assumpsit eū dyabolus i sanctā ciuitatē: et statuit eū supra pinaculū templi/ et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsū. Scriptū est enim/ q2 angelis suis mandauit de te: et in manibus tollent te/ ne forte offendas ad lapidē pedem tuū. Ait illi iesus rursū. Scriptum est. Non tentabis dñm deū tuū. Iterū assumpsit eū dyabol⁹ in mōtem excelsū valde: et ostendit ei oīa regna mūdi/ et gliā eorū et dixit illi. Hec oīa tibi dabo: si cadēs adoraueris me. Tūc dixit ei iesus. Vade sathana. Scriptū est enim Dñm deū tuū adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eū dyabolus: et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei. Offer. Scapulis suis obūbrabit tibi dñs: et sub pēnis eius sperabis/ scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis ieiunij solēniter imolam⁹ te domine deprecantes: vt cū epularum restrictione carnaliū: a noxiis quoq3 voluptatibus tēperemur Per do. Prefatio quotid. Cōio. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis ei⁹ sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Postcō.

Qui nos dñe sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos/ in mysterij salutaris faciat transire consortium Per dominum. ¶ Feria scda post Inuocauit. ad missam. Officium.

Sicut oculi seruorū i manib⁹ dñorū suorū: ita oculi nr̄i ad dñm deum nostrum donec misereatur nostri/ miserere nobis dñe miserere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos: qui hitas in celis. Oremus. Flectamur genua Leuate. Or.

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiuniū quadragesimale proficiat mētes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dominum nostrum ¶ Ab hac die vsq3 ad cenā domini in omi missa de ieiunio dicuntur septē orationes sicut in dñica prima aduēt⁹ domini supradictū est. ¶ Lectio ezechielis p̄phete. xxxiiij.

Hec dicit dominus deus: Ecce egoipse requiram oues meas: et visitabo illas sicut visitat pastor gregē suū/ in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de omnibus locis/ in quibus disperse fuerant in die nubis/ et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram suam: et pascam eas in montibus israel/ in riuis et in cunctis sedibus terre.

In pascuis vberrimis pascha eas et in motibus excelsis israel erūt pascue eaꝝ. Ibi requiescēt in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascent super montes israel. Et ego pascha oues meas: et ego eas accubare faciā / dicit dñs deus Quod perierat requirā: et qđ abiectū fuerat reducā / et quod cōfractū fuerat alligabo / et quod infirmū fuerat cōsolidabo: et qđ pingue et forte custodiā. Et pascha illas i iudicio et iusticia dicit dñs op̄s Gr. Protector nr̄ aspice de⁹ et respice sr̄ seruos tuos. V. Dñe de⁹ virtutū exaudi p̄ces seruoꝝ tuoꝝ. Tr.

Domine nō scđm peccata nostra q̄ fecim⁹ nos neq; scđm iniqtates nr̄as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniqtatū nr̄aꝝ antiqrū / cito anticipēt nos. mīe tue / q; pauperes facti sumus nimis.

Hic nō fiat genuflexio cū dicit. V. Adiuua nos de⁹ salutar; nr̄: et ppt gl'iaz nōis tui dñe libera nos / et ppici⁹ esto pctis nostris propter nomen tuū. Scđm matheū. xxv. ca.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit filius hominis i maiestate sua et oēs angeli cum eo: tunc sedebit super sedē maiestatis sue. Et congregabūtur ante eū oēs gentes: et separabit eos ab inuicem / sicut pastor segregat oues et hedis. Et statuet oues quidem a dextris suis: hedos autem a sinistris. Tunc dicet his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnum / a constitutione mūdi. Esuriui eni: et dedistis michi manducare. Sitiui: et dedist; michi bibere. Hospes erā et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus: et visitastis me. In carcere erā: et venistis ad me. Tunc respondebūt ei iusti: dicentes. Dñe quādo vidim⁹ te esuriente et pauim⁹ sitientē / et dedimus tibi potū? Quādo autē vidimus hospitē: et collegimus te? Aut nudū et cooperuim⁹ te? Aut quādo te vidimus infirmū / aut in carcere / et venimus ad te? Et respondens rex: dicet illis. Amen dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis: michi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignem eternū: qui paratus est dyabolo / et angelis eius. Esuriui eni: et non dedistis michi manducare. Sitiui: et nō dedistis michi potū Hospes erā: et nō collegistis me. Nud⁹: et nō operuistis me. Infirmus et i carcere: et nō visitastis me. Tūc respōdebūt ei et ipsi: dicētes. Dñe quādo te vidim⁹ esurientē / aut sitiētē / aut hospitē aut nudū / aut infirmū / vel i carcere: et nō ministrauim⁹ tibi? Tunc respōdebit illis dicēs Amē dico vobis q̄diu non fecistis vni de minoribus meis his: nec michi fecistis. Et ibūt hi i suppliciū eternū: iusti autē i vitā eternā. Offr. Leuabo oculos meos et cōsiderabo mirabilia tua dñe vt doceas me iusticiaz tuā: da michi itellectū vt discā mādata tua. V. Legē pone michi dñe et viā iustificationū tuaꝝ exqrā et i preceptis tuis exercebor. Secreta

Accepta tibi sit dñe q̄s nr̄e deuotiōis oblatio: que et ieiuniū nostrū te operāte sāctificet: et indulgētiā nobis tue cōsolatiōis obtineat. Per dñm. Cōio. Voce mea ad dñm clamaui et exaudiuit me de mōte sācto suo: nō timebo milia ppl'i circūdātis me. Postcō.

PRosint nobis domine qs fre quentata mysteria: que nos et a cupiditatib⁹ terrenis expedi ant/ et instruat amare celestia. P. d. Sup ppłm. Humiliate ca. ve. d. or. ABsolue qs dñe nostrorum vincula pctõr: et quicquid pro eis meremur: ppiciat⁹ auerte. Per d. Fe. iiij. post. Inuocauit. Offm DOmine refugiũ fact⁹ es nobis a generatiõe et pgenie: a seculo et in seculũ tu es ps. Priusq̃ mõtes fierẽt aut formaret terra et orbis. Nõ dicit vlterius. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orõ. REspice dñe familiã tuam/et presta: vt apud te mens nr̃a tuo desiderio fulget: que se carnis maceratione castigat. Per dominũ no. Lectio ysaie pphete. lv. IN diebus illis: Locutus est ysaias ppheta dicens. Querite dñm dũ inueniri potest: inuocate eũ dũ prope est. Derelinquat impius viã suã: et vir iniquus cogitatiões suas/ et reuertat ad dominũ et miserebit eius/ et ad deũ nostrũ qm̃ multus est ad ignoscẽdũ. Non eni cogitatiões mee cogitationes vestre: neq3 vie mee vie vestre dicit dñs. Qr sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sũt vie mee a vijs vestris/ et cogitatiões mee a cogitationib⁹ vr̃is. Et quomodo descẽdit ymber et nix de celo: et illuc vltra nõ reuertit/ sed inebriat terrã et infũdit eã/ et germinare eã facit/ et dat semen serenti et panẽ comedẽti/ sic erit verbum meũ qđ egredit de ore meo. Non reuertet ad me vacuum/ sed faciet quecũq3 volui/ et psperabit in his ad q̃ misi illud. Ait dñs ops. Gr. Dirigat orõ mea sicut incẽsũ in cõspectu tuo dñe. v. Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinũ. Scdm matheũ. xxi. IN illo tpe: Cũ intrasset iesus hierosolymã cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est iesus ppheta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in tẽplũ dei: et eijciebat oẽs vẽdẽtes et ementes in tẽplo/ et mẽsas nũmulariorũ et cathedras vendentiũ colũbas euertit. Et dicit eis. Scriptũ est: qr domus mea dom⁹ orationis vocabit. Vos autẽ fecistis illã: speluncã latronũ. Et accesserunt ad eũ ceci et claudi in tẽplo: et sanauit eos. Videntes autẽ principes sacerdotũ et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamãtes in tẽplo et dicẽtes. Osanna filio dauid: indignati sunt et dixerũt eis. Audi qđ isti dicũt? Jes⁹ aũt dixit eis. Utiq3. Nũq̃ legistis: q2 ex ore infãtiũ et lactẽtiũ pfecisti laudẽ? Et relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ in bethaniã: ibiq3 mãsit et docebat eos de regno dei. Offr. In te speraui dñe dixi tu es deus me⁹ i manibus tuis tẽpora mea. v. Illumina faciẽ tuã super seruũ tuũ et saluum me fac propter misericordiã tuam dñe nõ confũdar quoniam inuocaui te. Secreta. PResta dñe qs vt dicato muneri cõgruẽtẽ nr̃e deuotiõis tibi oferam⁹ affectũ per. Cõio. Cũ inuocarẽ exaudisti me de⁹ iusticie mee i tribulatiõe dilatasti me miserẽ mihi dñe et exaudi orõnẽ meã. P⁹cõ. QUesum⁹ ops de⁹ vt illi⁹ salutaris capiam⁹ effectũ: cuius p hec misteria pign⁹ accepim⁹. Per. Sup ppłm. Humil. ca. v. d. or. AScendant ad te dñe preces nostre: et ab ecclia tua cun-

ctam repelle nequitiam. Per do.

Fe. iiij. quattuoꝛ tp̃m. Officiũ.

Reminiscere miserationũ tuarum dñe et mie tue que a seculo sunt: ne vnq̃ dominenṫ nobis inimici nr̃i libera nos deus israel ex oib⁹ ãgustijs nr̃is. ps Ad te dñe leuaui aiam meã: deus me⁹ in te cõfido non erubescam. Seq̃tur oro sine Dñs vobiscũ. sed cũ. Oꝛem⁹ et. Flectamus genua Leuate. or Preces nostras q̃s dñe clementer exaudi: et cõtra cuncta nobis aduersantia: dexteram tue maiestatis extende. Per dñm nostrũ. Lectio libri exodi. xxiiij. ca

In diebus illis: Dixit dñs ad moysẽ. Ascẽde ad me in montem / et esto ibi: daboq; tibi duas tabulas lapideas / et legẽ ac mandata q̃ scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerũt moyses et iosue minister eius: ascẽdensq; moyses in montẽ dei senioꝛib⁹ ait. Expecta hic donec [illegible]ertamur ad vos Habetis aaron [illegible] hũc vobiscũ: si q̃d natũ fuerit questiõis referetis ad eos. Cũq; ascendisset moyses: operuit nubes montẽ / et habitauit glia dñi sup synai tegens illũ nube sex diebus. Septimo autem die: vocauit eũ de medio caliginis Erat aũt species glĩe dñi: q̃si ignis ardẽs sup verticẽ mõtis / i ↄ̃spectu filioꝝ israel. Ingressusq; moyses mediũ nebule: ascẽdit i mõtẽ / ⁊ fuit ibi quadꝛagita diebus ⁊ quadꝛagita noctib⁹. Gr. Tribulatiões coꝛdis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meã et laboꝛẽ meũ: et dimitte oia peccata mea. Non repetaṫ grad. sed sequat Dñs vobiscũ. et. Flectam⁹ ge. Leuate. or

Deuotionẽ populi tui q̃s domine benign⁹ intende: vt q̃ per abstinentiã macerant in coꝛpoꝛe: per fructũ boni operis reficiantur in mente. Per. Lc. dñr me moꝛe, ↄ̃tuere. Lco li. regũ. iij. xix.

In diebus illis: Venit helyas in barsabee iuda / et dimisit ibi puerũ suũ: et perrexit in desertũ viã vni⁹ diei. Cũq; venisset et sederet subter vnã iuniperiũ: petiuit anime sue vt moꝛereṫ / et ait. Sufficit michi dñe / tolle animam meã. Neq; eni melioꝛ sum: q̃ p̃res mei. Pꝛoieciq; se: ⁊ obdoꝛmiuit in vmbꝛa iuniperi. Et ecce ãgel⁹ dñi tetigit eũ: dixitq; ei. Surge: comede. Et respexit. Et ecce caput suũ subcinerici⁹ panis: ⁊ vas aque Comedit ergo ⁊ bibit: et rursũ obdoꝛmiuit Reuers⁹q; est angel⁹ dñi secũdo et tetigit eũ: dixitq; illi. Surge comede: grandis eni tibi restat via Qui cũ surrexisset: cõedit ⁊ bibit. Et ãbulauit i foꝛtitudine cibi illi⁹ quadꝛagita dieb⁹ ⁊ quadꝛagita noctib⁹: vsq; ad mõtẽ dei oꝛeb. Choꝛus alternati dicat. Tractus

De necessitatibus meis eripe me dñe vide huilitatẽ meã et laboꝛẽ meũ et dimitte oia pctã mea. ℣. Ad te leuaui aiaz meã: de⁹ me⁹ in te cõfido nõ erubescã / neq; irrideant me inimici mei. ℣ Eteni vniuersi qui te expectant non confundenṫ: cõfundãtur oẽs faciẽtes vana. Et diciṫ iste tractus in omi quarta feria vsq; ad dñicam palmarum. Secundũ matheũ. xij.

In illo tẽpoꝛe: Accesserũt ad iesum scribe et pharisei: dicentes. Magister volumus a te signum videre. Qui respondẽs: ait illis. Generatio mala et adultera signũ querit: et signum non dabi-

tur ei/nisi signum ione prophete. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibꝰ: ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Uiri niniuite/surgent in iudicio cum generatione ista: et condẽnabunt eã/qz penitentiã egerunt in predicatione ione. Et ecce plus ꝙ ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista et condennabit eam: qz venit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plus ꝙ salomon hic. Cũ aũt imundus spũs exierit ab hoie: ambulat per loca arida querẽs requiem et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domũ meã: vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantẽ/scopis mundatã et ornatam. Tunc vadit et assumit septẽ alios spũs secũ nequiores se: et intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hois illius: peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autẽ ei quidẽ. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: querentes te. At ipse respondens: dicẽti sibi ait. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei. Et extẽdẽs manũ in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea: & fratres mei. Quicunq ei fecerit volũtatẽ pris mei q in celis est ipse meꝰ frater/et soror et mater est. Offr. Meditabor i mãdatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mãdata tua q dilexi. ℣. Pars mea dñe dixi custodire legẽ tuam: precatus sũ vultũ tuum in toto corde meo. Secreta.

Intende quesumus dñe sacrificium singulare: vt huius participatione misterij: que speranda credimus/expectata sumamus. ꝑ d. Cõio. Intellige clamorẽ meum: intẽde voci oronis mee rex meus et deus meus: qm ad te orabo domine. Postcõio.

Da qs oipotens deus: vt reatum nostrum munera sacra purificent: et recte viuendi nobis operetur effectum. Per dñm nostrum. Sup popl'm. Hũil. ca. ve. deo. Or.

Mentes nostras qs domine lumine tue claritatis illustra vt videre possimus que agenda sunt/et que recta sunt agere valeamus. Per dominum nostrum.

¶ Fe.v.post. Inuocauit. Officiũ.

Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Ps. Cantate dño canticum nouũ: cantate dño ois tra. Oreꝰ Fle. ge. Le. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui in obseruatione ieiunij & elemosinarũ largitione nostrorũ posuisti remedia pctõrũ: concede nos mente et corpore semper ibi esse deuotos. Per do. Lcto ezechielis prophete .xviij.

In diebus illis: Factꝰ est sermo dñi ad me dicens. Quid est qr iter vos hanc parabolã vertitis in puerbiuz istud in terra israel dicẽtes? Patres nri comederunt vuã acerbã: & dẽtes filiorum obstupescunt. Uiuo ego dicit dñs deus: si erit vobis vltra parabola hec in prouerbiũ in israel. Ecce omnes aie mee sunt. Ut anima patris: ita et aia filij mea est. Anima que peccauerit: ipa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudiciũ & iusticiã: in mõtibus non comederit/et oculos suos nõ leuauerit ad ydola domus israel/& vxorẽ

proximi sui non violauerit: et ad mulierē menstruatā nō accesserit/ et hoiem nō contristauerit: pign⁹ debitor reddiderit / per vim nichil rapuerit /panem suū esurienti dederit/ & nudum operuerit vestimēto ad vsurā non cōmodauerit/ & āplius nō acceperit/ab iniqtate auerterit manū suā / iudiciū verū fecerit inter virū et virum /et in precептis meis ambulauerit/et iudicia mea custodierit vt faciat veritatē hic iustus est et vita viuet/ait dominus deus. Qd si genuerit filiū latronē effundentē sanguinem: & fecerit vnū de istis et hec oia non facientem nunqd viuet? Nō viuet Cū vniuersa detestanda hec fecerit: morte morief. Sanguis eius in ipso erit. Qd si genuerit filium qui videns oia pctā pris sui q̄ fecit timuerit et non fecerit simile eis: iudicia mea fecerit/et in preceptis meis ābulauerit/hic nō morietur in iniquitate pris sui/sed vita viuet Pater eius q̄ calūniatus ē et vim fecerit fratri: & malum opatus est ī medio populi /sui/ecce mortuus est in iniqtate sua. Et dicitis. Quare non portabit filius iniquitatem pris sui? Videlicet qr fili⁹ iudiciū et iusticiā opatus est: oia precepta mea custodiuit et fecit illa/vita viuet ait dñs ops. Gr. Custodi me dñe vt pupillā ocli: sub vmbra alarū tuarū ptege me ꝟ De vultu tuo iudiciū meū pdeat: ocli tui videāt equitatem. Scdm iohānem. viij.

In illo tpe: Dicebat iesus ad eos: qui crediderunt ei ex iudeis: Si vos manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatē/et veritas liberabit vos. Respōderunt ei iudei. Semen abrahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̄. Quō tu dicis: qr liberi eritis?. Rñdit ei iesus. Amen amen dico vobis: qr oīs qui facit pctm̄ seruus est pcti. Seruus aūt nō manet in domo in eternū filius aūt manet in eternū. Si ergo filios vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio qr filij abrahe estis: sed queritis me interficere/ qr sermo meus non capit in vobis Ego quod vidi apud patrē meum loquor: et vos q̄ vidistis apud patrē vestrū facitis. Rñderunt: et dixerunt ei. Pater noster abrahā est Dixit eis ies⁹. Si filij abrahe estis opera abrahe facite Nunc autem q̄ritis me interficere: hoiem qui veritatē locut⁹ sum vobis: quā audiui a deo. Hoc abraham non fecit. Vos facitis opera pris vestri. Dixerunt itaq̄ ei. Nos ex fornicatiōe non sumus nati: vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq̄ me. Ego enim a deo processi: & veni Neq̄ eni ex meipo veni sed ille me misit Quare loquelā meam nō cognoscitis? Qr nō potestis audire sermonē meū. Vos ex pre dyabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: & in veritate non stetit/ qr non est veritas in eo. Cū loquif mandaciū/ex pprijs loquitur/ qr mēdax est & pater eius Ego aūt qr veritatē dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de pctō? Si veritatē dico vobis: q̄re vos nō creditis michi? Qui ex deo est: vba dei audit. Offr. Immittit āgelus dñi i circuitu timētiū eū et eripiet eos: gustate & vidite qm̄ suauis est dñs ꝟ. Bñdicā dñm i oī tpe semp laus eius i ore meo. Se.

Sacrificia dñe q̄s propensius

rita nos saluent: q̄ medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per dñm. Cōio. Panis quē ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcōio.

Tuorū nos dñe largitate do norū: et tēporalibus attolle prĕsidiis / et renoua sempiternis. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Or.

Da q̄s dñe populis xpiani s. et q̄ profitent agnoscere: et celeste mun⁹ diligere qđ frequentāt. P. ¶ Fe. vi qttuor tpm. Offm

De necessitatibus meis eripe me dñe vide hūilitatē meā et laborē meū et dimitte oia pctā mea. ps. Ad te dñe leuaui aiam meā: de⁹ me⁹ i te confido nō erubescā. Oremus. Flectam⁹ genua leuate. or.

Esto dñe propici⁹ plebi tue et quam tibi facis esse deuotam: benigno refoue miserat⁹ auxilio. P. Lcō ezechiel. pphē. xviij.

Hec dicit dñs deus: Aīa que peccauerit: ipsa morieſ. Filius non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatē filij. Justicia iusti sup eū erit et ipietas impij erit super eū. Si autē impius egerit penitentiā: ab oibus peccatis suis q̄ operatus est et custodierit oia precepta mea / ⁊ fecerit iudicium et iusticiā / vita viuet et non morieſ. Oim iniquitatū eius quas operatus est: non recordabor. In iusticia sua quā operatus est viuet. Nunqđ volūtatis mee est mors impij dicit dñs deus: et nō magis vt cōuertaſ a viis suis ⁊ viuat? Si autē auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatē scđm oēs abomiatiōes quas operari solet impius / nūqđ viuet? Omēs iusticie eius quas fecerat: nō recordabunt. In puaricatione sua qua puaricat⁹ est: et i pctō suo qđ peccauit / in ipis morietur. Et dixisti. Nō est equa via dñi. Audite ergo dom⁹ israel. Nunqđ via mea nō est equa: et non magis vie vrē praue sunt? Cū eni auerterit se iust⁹ a iusticia sua ⁊ fecerit iiqtates: morieſ in eis. In iiusticia sua quā opat⁹ est: morieſ. Et cū auerterit se ipius ab impietate sua quā operatus est / et fecerit iudicium et iusticiā: ipse aiam suā viuificabit. Considerans eni ⁊ auertēs se ab oib⁹ iniqtatibus suis quas operatus est: vita viuet et nō morieſ. Dicit dñs ops. Gr. Saluū fac suū tuū de⁹ me⁹ sperātē in te. V. Auribus percipe dñe orationē meam. Tr.

Domine nō secūdū pctā nra que fecimus nos: neq₃ scđm iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū / cito anticipēt nos mie tue / q2 pauperes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflexio cū dicit. V. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriā nominis tui dñe libera nos / ⁊ propici⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuū. Scđm iohēm. v.

In illo tpe: Erat dies festus iudeorū: et ascendit iesus hierosolymā. Est autē hierosolymis probatica piscina: q̄ cognominabatur hebraice bethsaida / quinq₃ porticus habens. In his iacebat multitudo magna languētiū / cecorū / claudorū / aridorū / expectantiū aque motū. Angelus autē dñi scđm tempus descendebat in piscinā et mouebaſ aqua: et qui prior descendisset in piscinā post motionē aque: san⁹ fiebat a quacūq₃ detinebatur infirmitate. Erat aut

quidam homo ibi triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cū vidisset iesus iacentē et cognouisset q̄ multū iā tēpus haberet dixit ei. Uis sanus fieri? Respondit ei lāguidus. Dn̄e/hoiem non habeo vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinā. Dū venio eni ego: ali⁹ āte me descēdit. Dixit ei iesus. Surge: tolle grabatū tuū/et ambula. Et stati sanus factus est hō ille: ꝛ sustulit grabatum suū et ābulabat. Erat autem sabbatū: in illa die. Dicebāt ergo iudei: illi q̄ sanatus fuerat. Sabbatū est: non licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis. Qui me fecit sanum: ille michi dixit. tolle grabatū tuū et ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille hō q̄ dixit tibi/tolle grabatū tuū et ābula? Is aūt q̄ san⁹ fuerat effect⁹ nesciebat q̄s esset. Jes⁹ aūt declinauit a turba ꝯstituta i loco. Post ea inuenit eū iesus i tēplo: et dixit illi. Ecce san⁹ factus es: iā noli peccare/ne deteri⁹ tibi aliq̄d cōtingat Abijt ille hō ꝛ nūciauit iudeis q̄ iesus esset: q̄ fecit eū sanū. Offr. Benedic aīa mea dn̄o/et noli obliuisci oēs retributiones eius: ꝛ renouabitur sicut aquile iuuentus tua ℣. Qui propiciatur oībus iniq̄tatibus tuis et redimit de interitu viā tuā: q̄ coronat te in miseratione ꝛ misericordia. Secreta.

Suscipe dn̄e q̄s munera nostris oblata seruitijs: et tua propicius dona sāctifica. Per dominū. Coīo. Erubescāt ꝛ cōturbent oēs inimici mei: auertāt retrorsū et erubescāt valde velociter. Post cōio.

Per huius dn̄e operationem mysterij/ꝛ vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dominū. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Or.

Exaudi nos misericors deus et mentibus nostris gratie tue lumen ostende. Per dominū.

Sabbato quattuor tpm. Offm.

Intret oratio mea in conspectu tuo: iclina aurem tuā ad precem meā dn̄e. Ps. Dn̄e d̄s salutis mee: i die clamaui ꝛ nocte corā te. Dēs orationes sine Dominus vobiscū dicunt: preter vltimā que est ante epłam. Et ad omnes orōnes dicit Oremus. sic et ad oms orones dr Flecta. ge. preterq̄ ad vltimam: ꝛ oēs lcōnes cū suis titulis legant.

Populū tuū q̄s dn̄e propicius respice: atq̄ ab eo flagella tue iracūdie clementer auerte Per. Lco libri deutronomij. xxvi.

In diebus illis: Locutus est moyses ad dn̄m dicens. Respice dn̄e de sanctuario tuo: et de excelso celoꝝ habitaculo/et benedic pplo tuo israel: et terre quā dedisti nobis sicut iurasti pr̄ibus nostris dare terram lacte ꝛ melle manantē. Audi israel. Hodie dn̄s de⁹ tu⁹ precepit tibi vt facias mandata eius atq̄ iudicia: et custodias ꝛ impleas ex toto corde tuo/ꝛ ex tota aīa tua. Dn̄m elegisti hodie vt sit tibi deus/ꝛ ābules in vijs eius vt custodias cerimonias illius et mādata eius atq̄ iudicia: et obedias eius imperio. En dn̄s elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi: et custodias oīa precepta eius/ꝛ faciat te excelsiorē cunctis gentibus quas creauit in laudē et nomē et gliam suā vt sis populus sāctus domini dei tui: sicut locutus est tibi. Grada.

Propicius esto dn̄e peccatis nr̄is

neq̄ dicāt gētes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et ꝓpter honorē nominis tui dñe libera nos. Non repetat. gr. Oremus. Flectam⁹ ge. Leuate. Or.

Deus qui nos per temporalia ducis ad eterna: pretende misericordiam tuam ad celestia promissa nitentibus: et quia tuū est quod in te credimus / tuum sit omne quod viuimus Per dominū

Lectio libri deuteronomij. xi. ca.

In diebus illis: dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mandata que ego precipio vobis: et feceritis ea vt diligatis dominum deum vestrum / et ambuletis in omnib⁹ vijs eius adherētes ei / disperdet domin⁹ omnes gētes istas ante faciem vestram / et possidebitis eas que maiores et fortiores vobis sunt. Omnis locus quē calcauerit pes vester: vester erit. A deserto et libano et flumine magno eufrate: vsq; ad mare occidentale erunt termini vestri / nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum et formidinem dabit dñs deus vester: super omnem terrā quā calcaturi estis / sicut locutus est vobis dominus deus vester. Grad. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum exaudi preces seruorū tuorum. Oremus. Flectamus. genua. Leuate Oratio.

Protector noster aspice deus vt qui malorum nostrorum pondere premimur: percepta misericordia libera tibi mente famulemur. Per dominum nostrū iesum

Lectio libri machabeorum. ij. i. ca.

In diebus illis: Orationem faciebant sacerdotes: dū offerrent sacrificiū ꝓ populo israel: ionatha inchoante / ceteris autem respondentibus & dicentibus. Bene faciat vobis deus: & meminerit testamenti sui quod ad abraham / ysaac et iacob locutus est seruorū suorum fidelium. Et det vobis cor omnibus vt colatis eum et faciatis eius volūtatem / corde magno et animo volenti. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis: et faciat pacem Exaudiat dñs orationes vestras & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo dominus de⁹ noster. Grad. Conuertere dñe aliquātulum: et deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium fact⁹ es nobis: a generatione et progenie. Oremus. Flectamus ge. Leuate. Oro.

Adesto quesumus domine supplicationibus nostris: vt esse te largiente mereamur / et inter prospera humiles / & inter aduersa securi Per dominū nostrum iesum christum filium.

Lectio libri sapientie. xxxvi. capi.

Miserere nostri deus omnium et respice nos: et ostende nobis lucem miserationū tuarum / et immitte timorem tuū super gentes que non exquisierunt te vt cognoscant quia non est deus nisi tu / vt enarrent mirabilia tua. Alleua manū tuam super gentes alienas: vt videant potētiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in illis / vt cognoscant te sicut et nos cognouimus / quia nō est deus preter te domine. Innoua signa: et immuta mirabilia Glorifica manum: et brachium dextrum. Excita furorem: et effunde irā. Extolle aduersariū: et affige

tinicū. Festina tēpus et memēto finis: vt enarrēt vniuersa mirabilia tua dñe de⁹ nr̄. Gr. Saluū fac populū tuū dñe: et bñdic hereditati tue. v. Ad te dñe clamabo de⁹ meus ne sileas a me ꝙ ero similis descendentibus in lacum. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orō

Actiones nr̄as q̄s dñe aspirando preueni ꝙ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio a te semꝑ incipiat: et ꝑ te cepta finiat. P. Lctō danielis pphē. iij. c

Angelus dñi descendit cum azaria et socijs eius in fornacem: ꝙ excussit flāmam ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flāma autē diffusa est super fornacē cubitis q̄dragintanouē: ꝙ incendit quos reppererit iuxta fornacē de caldeis ministros regis q̄ eā incēdebant. Illos aūt oinō nō tetigit ignis neqꝫ contristauit: nec quicꝙ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant et glificabant: et bñdicebant deū in fornace dicentes Benedictus es dñe deus patrū nr̄orū et laudabilis et gliosus ꝙ superexaltatus in secula Et benedictū nomen glie tue qd̄ est sanctū: et laudabile et superexaltatū in oib⁹ seculis Bñdictus es in tēplo sancto glie tue: et suꝑlaudabilis ꝙ suꝑgloriosus in secula Bñdictus in throno regni tui: ꝙ superlaudabilis et superexaltatus in secula. Bñdict⁹ es super sceptrū regni diuinitatis tue: et suꝑlaudabilis et suꝑexaltatus in secula. Bñdictus es qui intueris abyssos et sedes super cherubin: et superlaudabilis et superexaltat⁹ i secla Bñdict⁹ es q̄ āmbulas suꝑ pēnas vētorū ꝙ suꝑ vndas maris: ꝙ suꝑlaudabilis ꝙ suꝑexaltat⁹ i secla. Duo clerici de scd̄a forma in superpelliceis ad gdū chori dicāt. v.

Bñdictus es i firmamento celi et laudabilis ꝙ gliosus i secla Chor⁹ idē. Clerici v. Bñdicite oia opa dñi dño: bñdicite celi dño. bñdicite āgeli dñi dño Cho. post vnū quēqꝫ v. rñdeat. Hymnū dicite et superexaltate eū i secla Clerici. vs⁹. Bñdicite aque q̄ sup celos sūt dño bñdicite oms̄ vtutes dñi dño. bñd sol ꝙ luna dño. Cho. Hymnū Cle v Bñdicite stelle celi dño. bñd ymber ꝙ ros dño. beneđ ois spūs dei dño. Cho Hymnū clerici. v Bñdicite ignis et est⁹ dño. bñd noctes ꝙ dies dño. beneđ teneb̄re et lumen dño. Cho. Hymnū Cleri. v. Bñdicite frigus et cauma dño. bñdicite pruina et niues dño. beneđ fulgura ꝙ nubes dño Cho Hymnū. Cle. v. Bñdicat t̄ra dño beneđ mōtes et colles dño bñd oia nascētia terre dño. Cho. Hymnū. Cle. v. Bñdicite maria ꝙ flūia dño. bñd fōtes dño bñd cete et oia q̄ mouēt i aq̄s dño. Cho. Hymnū. Cle. v. Bñdicite volucres celi dño. beneđ bestie ꝙ vniūsa peccora dño bñd filij hoīs dño. Cho. Hymnū. Cleri. v. Bñdicat isrl̄ dño. bñd sacerdotes dñi dño. beneđ serui dñi dño. Chorus Hymnū Cle v Beneđ spūs ꝙ aīe iustorū dño beneđ sācti et hūiles corde dño. Cho. Hymnū. Cle. v. Benedicite anania azaria misael dño Cho Hymnū Post eā clerici incipiāt tractū. Bñdict⁹ es i firmamēto celi. et per. canteꝛur a choro. Sequitur. Dñs vobiscū. Oremus. Hic nō dicat. Flectam⁹ ge. Le. or

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniū / concede ꝓpicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorū. Per

dominũ. Hic dicunt memorie con suete. ¶ Ad thessalonicenses .i. v.

Fratres. Rogamus vos corripite inquietos: consolamini pusillanimes / suscipite ifirmos patientes estote ad omnes. Uidete ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicẽ et in oĩs. Sẽper gaudete: sine intermissiõe orate in omnibus gratias agite. Hec est enim volũtas dei in xp̃o iesu: in oibus vobis. Spiritũ nolite extinguere: pphetias nolite spernere. Oia autẽ probate: quod bonũ est tenete / ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autẽ deus pacis sãctificet vos per oĩa vt integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu dñi nostri iesu christi seruetur. Duo clerici de secunda forma i cappis nigris ad gradum chori simul cantent totum et integrum istum tractum

Laudate dñũ oẽs gẽtes: et collaudate eũ oẽs ppl̃i. ℣. Qm̃ cõfirmata est sup nos mĩa eius: et veritas domini manet in eternũ. ¶ Secundum matheum. xvij. ca.

In illo tẽpore: Assũpsit iesus petrum & iacobũ et iohnnẽ fratrem eius: & duxit illos in montem excelsũ / seorsũ et trãsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimẽta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses et helyas: cũ eo loquẽtes Respondens autẽ petrus: dicit ad iesum Dñe bonũ est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnũ / moysi vnũ / & helye vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube: dicẽs. Hic est filius meus dilectus i quo michi bene cõplacui ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderũt i faciẽ suã / et timuerunt valde Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq; eis Surgite. & nolite timere Leuãtes autẽ oculos suos: neminẽ viderunt nisi solũ iesũ Et discendentibus illis de mõte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionẽ donec filius hoĩs a mortuis resurgat. Offr. Dñe deus salutis mee in die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea i cõspectu tuo dñe. ℣. Inclina aurem tuã ad p̃cẽ meã dñe: lõge fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expãdi manus meas ad te.

Presentibus sacri(Secreta. ficijs q̃s dñe ieiunia nostra sãctifica: vt quod obseruantia nostra pficeret extrinsecus: itrisecus operet. Per dñm. Cõio Dñe deus meus in te speraui: libera me ab omnib[9] persequentibus me & eripe me. Postcommunio

Quos diuino dñe reficis mysterio perpetuo defende presidio et quos imbuisti celestibus institutis: salutaribus comitare solatiis. Per. do. Si eps̃ fuerit: dicatur super populũ hec oratio. Oremus Humiliate capita vestra deo. Or.

Fideles tuos dñe benedictio desiderata confirmet: que eos et a tua voluntate nunq̃ faciat discrepare: et tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per do. Tamen si eps̃ presens fuerit et ordines fecerit nõ dicetur. Dñica secunda quadragesime. Officium

Reminiscere miseratiõnũ tuarũ dñe et mie tue que a seculo sunt: ne vnq̃ dominentur nobis inimici nostri libera nos deus israel

ex oībus angustijs nr̄is. Ps. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: de⁹ meus in te confido nō erubescam. Oratio.

Deus qui cōspicis omni nos virtute destitui interius exteriusq; custodi: vt ab oīb⁹ aduersitatibus muniamur i corpore: et a prauis cogitationibus mūdemur in mente. Per dominum nostrum

Ad thessalonicenses. i. iiij. capitulo

Fratres: Rogamus vos et obsecramus in dn̄o iesu: vt queadmodum accepistis a nobis quomō oporteat vos ambulare et placare deo/sic et ābuletis vt abūdetis magis. Scitis eni q̄ precepta dederi vobis: per dn̄m iesuz. Hec est eni voluntas dei sctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione/vt sciat vnusquisq; vestruz suum vas possidere in sanctificatiōe et honore. Non in passione desiderij: sicut et gentes q̄ ignorant deū Et ne q̄s supergrediat neq; circūueniat in negotio fratrē suum: q̄m vindex est dn̄s de his oībus q̄ predirimus vobis et testificati sumus Nō eī vocauit nos de⁹ i imūdiciā: sed i sāctificationē. In xpo iesu: domino nr̄o. Gr. Tribulatiōes cordis mei dilatate sūt: de necessitatib⁹ meis eripe me dn̄e. V. Uide hūilitatē meā et laborē meū: et dimitte oīa peccata mea. Tractus.

Dixit dn̄s mulieri chananee: nō est bonū sumere panē filiorū/et mittere canib⁹ ad māducādū. V. At illa dixit etiā dn̄e/nā et catelli edūt de micis q̄ cadūt de mēsa dn̄oz suoz V. Ait illi ies⁹ mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. S. m.

In illo tēpore. Egress⁹ ies⁹ sus: secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamauit dicens ei. Miserere mei dn̄e fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum Et accedentes discipuli eius: rogabāt eum dicētes. Dimitte eā. q; clamat post nos Ipse aūt respōdens: ait. Non sum missus: nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel. At illa venit: et adorauit eum dicens Dn̄e adiuua me. Qui respondens ait. Nō est bonū sumere panem filiorū: et mittere canibus. At illa dixit. Etiā dn̄e. Nā et catelli edunt de micis: que cadunt de mensa dn̄orum suorum Tunc respondēs ies⁹ ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ei⁹: ex illa hora. Offm. Meditabor i mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo man⁹ meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

Ecclesie tue dn̄e munera placatus assume: que et misericors offerenda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis transire mysterium. Per Prefatio quotidiana.

Cōio. Intellige clamorē meū itende voci orōnis mee rex me⁹ et de⁹ me⁹ q̄m ad te orabo dn̄e. Postcōmunio

Corporis et sanguinis sacro sancti nomie q̄s gratia nos sumpta viuificet: et quod mysticis actionibus pollicetur/eternis effectibus largiatur. Per dominum.

Feria secunda. Ad missā Officiū

Redime me dn̄e et miserere mei: pes eni meus stetit in via recta in ecclesiis benedicā dominū. Ps. Judica me dn̄e q̄m ego i innocentia mea igress⁹ sū: et in dn̄o sperās nō infirmabor. Flectam⁹. ge. Le. Or.

Presta q̄s omnipotens deus vt familia tua. que se affligendo carnem ab alimentis absti

net: sectando iusticiã a culpa ieiu-
net. Per. Lectio daniel. pphe. ix. c.
In diebus illis: Orauit dani
el ad dñm dicens. Dñe deus
noster qui eduxisti populũ tuum
de terra egypti in manu forti: et
fecisti tibi nomen secundum diem
hanc peccauimus/ iniquitatem fe
cimus dñe in oẽm iusticiam tuam
Auertatur obsecro ira tua et furor
tu⁹: a ciuitate tua hierlm/ et a mõ
te sãcto tuo. Propter pctã eni nrã
et iniquitates patrũ nostrorum: hie-
rusalẽ et populus tuus in oppro-
briũ sunt oĩbus per circuitũ no
strum. Nunc ergo exaudi deus no
ster orõnẽ serui tui et preces eius:
et ostende faciẽ tuã super sanctua
riũ tuũ quod desertũ est. Propter
temetipsũ inclina deus meus au-
rem tuã et audi: aperi oculos tu-
os et vide desolationẽ nostrã et ci
uitatẽ super quã inuocatũ est no-
mẽ tuum. Neqz eni in iustificatio
nibus nostris prosternim⁹ preces
ante faciẽ tuã: sed in miserationi-
bus tuis multis. Exaudi dñe: pla
care dñe/ attende et fac. Ne mor
ris pter temetipsũ de⁹ meus: qz
nomẽ tuũ inuocatũ est sup ciuita-
tẽ et sup pplm tuũ/ dñe de⁹ noster
Gr. Adiutor me⁹ et liberator me⁹
esto dñe ne tardaueris. V. Confũ-
dãtur et reuereãtur inimici mei qui
querunt animam meam. Tract⁹.
Domine nõ secũdũ pctã nrã
que fecimus nos: neqz scdm
iniquitates nostras retribuas no
bis. V. Dñe ne memineris iniqui-
tatũ nostrarũ antiquarũ/ cito an
ticipẽt nos mie tue/ qz pauperes
facti sumus nimis. Hic nõ fiat ge
nuflexio cũ dicit. V. Adiuua nos de
us salutaris noster: et propter glo
riã nominis tui dñe libera nos/ et
propici⁹ esto peccatis nostris pro-
pter nomen tuũ. S. ioh. viij. cap.
In illo tempore: Dixit iesus
turbis iudeorũ. Ego vado
et queretis me: et i peccato vestro
moriemini. Quo ego vado: vos
non potestis venire. Dicebant er
go iudei. Nunquid interficiet se-
metipsum: quia dicit/ quo ego va
do vos non potestis venire? Et
dicebat eis. Vos de deorsum estis
ego de superius sum. Vos de mũ
do hoc estis: ego non sum de hoc
mundo. Dixi ergo vobis: qz mori-
emini in pctis vestris. Si eni non
credideritis qz ego sum: moriemi-
ni in pctõ vestro. Dicebãt ergo ei.
Tu quis es? Dixit eis iesus. Princi
pium qui et loquor vobis. Mul-
ta habeo de vobis loqui et iudi-
care: sed qui me misit verax est.
Et ego que audiui ab eo: hec lo-
quor in mundo. Et non cognoue-
runt quia patrem eius dicebat deũ
Dixit ergo eis iesus. Cũ exaltaue
ritis filium hominis: tunc cogno-
scetis quia ego sum. Et a meipso
facio nichil: sed sicut docuit me pa
ter/ hec loquor. Et qui me misit
mecũ est: et non reliquid me solũ
Quia ego que placita sũt ei: facio
sẽper. Offer. Bñdicã dñm qui tribu
it michi itellectũ: prouidebã deũ i
conspectu meo semper qm a dex-
tris est michi ne cõmouear. V. Cõ
serua me dñe qm i te speraui: ego
dixi deus me⁹ es tu/ domin⁹ pars
hereditatis mee. Secreta.
Hec hostia q̃s domine placa
tionis et laudis: tua nos propici-
atione dignos efficiat. Per dñm
nostrum iesum christum filium tu
um qui tecum. Cõio. Dñe do-
min⁹ nr̃ q̃ admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra. Postcõio

HEc nos communio dñe pur
get a crimine: et celestis re-
medij faciat esse cõsortes. Per d.
Supppkm. Huilia.ca.ve.de. or.
PResto supplicationib⁹ nr̃is
omps deus: et quib⁹ fiduci
am sperande pietatis indulges:
cõsuete mie tribue benign⁹ effectũ.
Per dñm. ¶ Feria.iij. Officium.
TIbi dixit cor meum q̃si
ui vultũ tuũ vultũ tuũ
dñe requirã ne auertas
faciẽ tuã a me. ps. Dñs
illuiatio mea: et sal⁹ mea quẽ time
bo. Flectamus genua Leuate. or.
PErfice q̃s dñe benignus in
nobis obseruãtie sancte sub
sidiũ: vt que te auctore faciẽda co-
gnouim⁹/ te operãte cõpleamus.
Per d. Lectio libri regũ.iij.xvij.c.
IN diebus illis: Fact⁹ est ser
mo dñi ad helyã thesbitẽ di-
cens. Surge et vade in sareptã si
doniorũ: et manebis ibi. Precepi
eni ibi mulieri vidue: vt pascat te.
Surrexit helyas et abijt in sare-
ptã. Cũq; venisset ad portã ciuita
tis: apparuit ei mulier vidua col-
ligens duo ligna. Et vocauit eã:
Dixitq; ei Da michi paululũ aque
in vase: vt bibã. Cumq; illa perge
ret vt afferret: clamauit post ter-
gum eius dicens. Affer michi obse
cro et bucellã panis: in manu tua.
Que respõdit Uiuit dñs de⁹ tu⁹:
q; nõ habeo panẽ nisi q̃tũ pugil-
lus capere potest farine i hydria/
et paululũ olei in lechito. En col-
ligo duo ligna: vt ingrediar et fa-
ciam illud michi et filio meo: vt co
medam⁹ et moriamur. Ad quẽ he
lyas ait. Noli timere: sed vade et
fac sicut dixisti. Uerũtamen michi
primum fac de ipsa farinula sub ci
nericiũ panem paruulũ et affer ad
me: tibi aũt et filio tuo facies post
ea. Hec aũt dicit dñs deus israel:
hydria farine nõ deficiet/ nec lechi
tus olei minuet/ vsq; in diẽ in qua
datur⁹ est dñs pluuiã sup faciẽ ter
re. Que abijt et fecit iuxta verbũ
helye: et comedit ipse et illa/ et do
m⁹ ei⁹ tota Et ex illa die hydria fa
rine nõ defecit: et lechit⁹ olei non
est iminut⁹ iuxta verbũ dñi qd̃ lo
cutus fuerat in manu helye. Gr.
Iacta cogitatũ tuũ in dño et ipse
te enutriet. V. Dũ clamarẽ ad dñz
exaudiui vocẽ meã ab his qui ap-
propiquãt michi. S.mathe.xxiij.
IN illo tpe: Locutus est ies⁹
ad turbas: et ad discipulos
suos dicens Super cathedrã moy
si: sederunt scribe et pharisei. Oia
ergo quecũq; dixerit vobis serua
te et facite: scd̃m vero opa eor no-
lite facere. Dicũt eni: et nõ faciunt
Alligant eni onera grauia et ipor
tabilia et iponũt i hũeros hoim di
gito ãt suo nolũte ea mouere Oia
vero opera sua faciũt: vt videant
ab hoib⁹. Dilatant eni philateria
sua et magnificãt fibrias. Amant
autem primos accubitus in cenis
et primas cathedras in synagogis
et salutationes in foro / et vocari
ab hoibus rabbi. Uos autem no-
lite vocari rabbi: vnus est eni ma
gister vester/ oẽs aũt vos fres estis
Et patrẽ nolite vocare vobis sup
terrã Un⁹ est eni pater vester qui
in celis est. Nec vocemi magistri:
quia magister vester vnus est xp̃s
Qui maior est vestrũ: erit minister
vr̃. Qui aũt se exaltauerit huilia-
bit: et qui se huiliauerit / exaltabit
Off. Miserere michi domine se-
cundum magnã misericordiã tuã
dele iniquitatẽ meam V. Quoni
am iniq̃tatẽ meam ego cognosco:

& delictū meū ꝯtra me est semꝑ. Se
Anctificationē tuā nobis do mine his misterijs placatus operare: que nos & a terrenis purget vicijs: et ad celestia dona ꝑdu cat. ꝑ. Cōio. Narrabo oīa mirabi lia tua: & letaboꝛ et exultabo in te psallā nomi tuo altissime. Postcō
Sit nobis dñe q̄s medicina mentis et coꝛpoꝛis qd̄ de san cto altari tuo ꝑcepimus: vt nullis aduersitatib⁹ fatigemus: qui tan ti remedij participatione muni mur. ꝑ. Super ppl'm. Huil. ca. oꝛ
Ropiciare dñe suppplicatio nibus nostris: et aīarū nr̄a rū medere lāguoꝛibus: vt remissi one percepta / in tua semꝑ bñdicti one letemur. ꝑ. ¶ Fe. iiij. Officiū.
Ne derelinquas me dñe deus meus me discedaſ a me: itēde in adiutoꝛiū meū dñe virtus salutis mee ℣ Dñe ne i furoꝛe tuo arguas me: neq3 in ira tua coꝛipias me. Oꝛem⁹. Flectam⁹. ge. Leuate. oꝛ
Populū tuū q̄s dñe ꝓpicius respice: et quos ab escis car nalibus pꝛecipis abstinere: noxijs quoq3 vicijs cessare concede. Per dominum. Lectio libꝛi hester. xiij.
In diebus illis: Oꝛauit he ster ad dñm dicens. Dñe de⁹ rex oīps: in ditione tua cūcta sūt posita / et non est qui tue possit resi stere voluntati. Si decreueris sal uare nos: continuo liberabimur. Tu eni dñe fecisti celū et terrā: et quicq̄d celi ambitu continet. Dñs oīm tu es: nec est qui resistat ma iestati tue. Et nūc dñe rex regū de us abꝛahā miserere poplo tuo: q2 volunt nos inimici nostri perdere et hereditatē tuā delere Ne despi cias partē tuā quā redemisti de egi pto: sed exaudi depꝛecationē nr̄am et ꝓpicius esto soꝛti et funiculo he reditatis tue, et cōuerte luctū no strū in gaudiū vt viuentes laude mus nomen tuum Et ne claudas oꝛa canentiū te: dñe deus nr̄. Gr.
Saluū fac ppl'm tuū dñe. et, bñdic hereditati tue. ℣ Ad te dñe clama bo deus me⁹ ne sileas a me et ero similis descēdētib⁹ i lacū. Tract⁹
Ne necessitatib⁹ meis eripe me dñe huilitatē meā et la boꝛē meū / et dimitte oīa pctā mea ℣ Ad te leuaui animā meam deuſ meus in te cōfido nō erubescā: ne ꝗ irrideāt me inimici me. ℣. Ete nim vniuersi qui te expectant non confundentur cōfūdantur oēs fa cientes vana. Secūdū matheū. xx
In illo tpe: Ascendens iesus hierosolimā: assūpsit duode deci discipulos suos secreto: et ait illis Ecce ascēdim⁹ hierosolimā: & filius hoīs tradet pꝛincipib⁹ sacer dotū et scribis: et codēnabūt eum moꝛte Et tradēt eū gētibus ad il ludēdū: & flagellādū et crucifigen dū: Et tercia die resurget. Tūc ac cessit ad eū mater filioꝝ zebedei cū filijs suis adoꝛās & petēs aliq̄d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi Dic vt sedeāt hi duo filij mei: vn⁹ ad dexterā tuā / & vn⁹ ad sinistrā in regno tuo Respondens aūt iesus dixit Nescitis quid petatis. Pote stis bibere calicē que3 ego bibitu rus sum? Dicūt ei Possum⁹ Ait il lis. Calicē quidē meum bibetis: se dere aūt ad dexterā meā vel ad si nistrā non est meū dare vobis: sed quibus paratum est a pr̄e meo. Et audientes decē: indignati sunt de duobus fratribus Iesus aūt voca uit eos ad se et ait. Scitis q2 pꝛin cipes gentiū dñantur eoꝝ: et qui

maiores sunt potestatē exercēt in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicūq voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et q̄ voluerit iter vos p̄mus esse: erit vester seruus. Sicut filius hoīs non venit ministrari: sed ministrare. et dare aīam suā: in redēptionez pro multis. Offr. Ad te dn̄e leuaui animā meā de⁹ meus i te ɜfido nō erubescā: neqz irrideāt me inimici mei: etenim uniuersi q̄ te expectāt non ɜfūdēt. ℣. Dirige me i veritate tua et doce me qz tu es de⁹ salutaris meus et te sustinui tota die. Secreta

Hostias dn̄e quas tibi offerimus p̄picius respice: et per hec sacrosancta cōmercia / vincula pctōrū nostrorū absolue. p. d. Cō. Iustus dn̄s et iusticias dilexit: eq̄tatem vidit vultus ei⁹. Postcōio

Prosit nobis dn̄e q̄s mysterii frequentata perceptio: vt a vetustatis conditiōe purgati: ad tue nouitatis icrementa tēdam⁹ Per. Sup p̄pl'm Humilia. ca. Or.

Deus inocentie restitutor et amator: dirige ad te tuorū corda seruorū: vt spūs tui feruore concepto: et i fide inueniantur stabiles / et in ope efficaces. Per dn̄. in vnita. eiusdē. ℭ Feria. v. Introitus.

Deus in adiutoriū meuz intende dn̄e ad adiuuādum me festina. confūdantur et reuereant̄ inimici mei q̄ querunt aīam meā. ps. Auertātur retrorsū et erubescāt: q̄ volūt michi mala. Fle. ge. Le. Or.

Presta nobis q̄s dn̄e auxiliū gratie tue: vt ieiuniis et orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hostibus mētis et corporis. Per dominū nostrū iesum. Lectio hieremie prophete. xvii. ca

In diebus illis: Locutus est hieremias propheta dicens Maledict⁹ hō qui cōfidit in hoīe: et ponit carnē brachium suuz / et a dn̄o recedit cor eius. Erit eni quasi mirice in deserto: et non videbit cū venerit bonū / seu habitabit in siccitate in deserto / in terra salsuginis et in habitabili. Benedictus vir q̄ confidit in dn̄o: et erit dn̄s fiducia eius. Et erit quasi lignū q̄d transplantat̄ sup aquas: q̄d ad humorez mittit radices suas / et non timebit cum venerit estus. Et erit foliū eius viride: et in tp̄e siccitatis non erit sollicitum / nec aliq̄n desinet facere fructū. Prauum est cor hoīs et inscrutabile / q̄s cognoscet illud? Ego dn̄s scructās corda et p̄bās renes: q̄ do vnicuiqz iuxta viā suā / et iuxta fructū adiuētionū suarū Dicit dn̄s op̄s. Gr. Propicius esto dn̄e pctis nr̄is neq̄n dicāt gentes vbi est de⁹ eorū ℣ Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄: et p̄pter honorem noīs tui dn̄e libera nos. S. ioh. v.

In illo tp̄e Dixit iesus turbis iudeorū. Non possum ego a meipso facere quicq̄: sed sicut audio iudico. Et iudiciū meū iustuz est: qz nō quero voluntatē meam / sed volūtatem eius qui misit me. Si ego testimoniū p̄hibeo de me ipso: testimoniū meū nō est veruz Alius est qui testimoniū perhibet de me: et scio qz verum est testimoniū eius q̄d perhibet de me. Vos misistis ad iohēm et testimonium perhibuit veritati. Ego autē non ab hoie testimoniū accipio sed hec dico vt vos salui sitis Ille erat lucerna ardens et lucēs: vos aūt voluistis ad horā exultare i luce eius Ego autē habeo testimoniū: maius iohāne. Opa eni que dedit mi

chi pater vt perficiã ea: ipsa opa q̃ ego facio testioniũ phibẽt de me/ qꝫ pater me misit. Et qui misit me pater: ipe testimoniũ perhibet de me. Neqꝫ vocẽ eius vnq̃ audistis neqꝫ speciẽ eius vidistis. Et verbũ ei⁹ nõ habetis in vobis manẽs: qꝫ quẽ misit ille/ huic vos nõ creditis Scrutamini scripturas in quib⁹ putatis vos vitã eternã habere: ⁊ ille sũt q̃ testimoniũ perhibent de me. Et nõ vultis venire ad me: vt vitã eternã habeatis. Claritatem ab hoibus nõ accipio: sed cognoui vos/ qꝫ dilectionẽ dei nõ habetis i vobis. Ego veni i noie patris mei et nõ accepistis me. Si alius venerit i noie suo: illũ accipietis. Quomõ vos potestis credere q̃ gloꝛiã ab iuicẽ accipitis: ⁊ gliam q̃ a solo deo est non q̃ritis? Nolite putare qꝫ ego accusatur⁹ sũ vos apud patrẽ: est qui accusat vos moyses in q̃ vos spatis Si ei crederitis moysi crederetis foꝛsitan et michi. De me eni ille scripsit. Si aũt illius litteris nõ creditis: quõ verbis meis credetis. Offer. Pꝛecatus est moyses in cõspectu dñi dei sui ⁊ dixit: pꝛecatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit: q̃re dñe irasceris i ppl'o tuo/ parce ire aie tue memẽto abꝛahã ysaac et iacob / q̃bus iurasti dare terrã fluẽtẽ lac et mel/ ⁊ placat⁹ fact⁹ est dñs de malignitate quã dixit facere ppl'o suo. V. Dixit dñs ad moysẽ/ iueisti grãꝫ i ꝫspectu meo/ ⁊ scio te p̃ oib⁹ ⁊ festinãs moyses iclinauit se in terrã ⁊ adoꝛauit dicẽs/ scio qꝫ misericoꝛs es i milib⁹ auferẽs iniq̃tatẽ ⁊ pctã

Secreta. Deus cui oim sacrificioꝛum varietatẽ finita hostiam nunc offerimus singularẽ: adesto votis tua inspiratione conceptis: vt in te sperantiũ et desideria iubeas perfici: et peccata deleri per dñz. Coio. Qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinẽ in me manet et ego in eo dicit dñs. P⁹co.

Gratiã tuã nos dñe q̃s non derelinquat: q̃ et sacre nos deditos faciat fuituti: ⁊ tuã nobis opẽ semp acq̃rat largitatis: et ab omibus tueat' aduersis. Per do. Sup populũ. Huiliate ca. ve. deo. Or.

Adesto domie famulis tuis: ⁊ perpetuam benignitatẽ largire poscentibus: vt his qui te auctoꝛe et gubernatoꝛe gloꝛiant': et congregata restaures / et restaurata conserues. Per dominũ no.

Feria sexta ad missa. Officium.

Ego autẽ cũ iusticia appãrebo in ꝫspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloꝛia tua. Ps. Exaudi domine iusticiam meam: intende depꝛecationẽ meã Glia. Oꝛe⁹. Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

Da q̃s omnipotens deus: vt sacro nos purificante ieiunio: sinceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dominũ. Lectio libꝛi genesis. xxxvij.

In diebus illis: Dixit ioseph fratribus suis. Audite sõnium meũ qd vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulũ meum ⁊ stare: vestrosqꝫ manipulos circũstantes adoꝛare manipulũ meum. Respõderũt fratres ei⁹ Nunquid rex noster eris: aut subijciemur ditioni tue? Hec ergo causa somnioꝛũ atqꝫ sermonum inuide et odij fomitem ministrauit. Aliud quoqꝫ vidit somniũ: quod narrãs fr̃ibus ait. Vidi per sõniũ quasi solẽ et lunã: et stellas vndeci adoꝛare me-

Quod cū patri suo et fratribus re tulisset: increpauit eū pat et suus et dixit. Quid sibi vult hoc sōniū qd vidisti? Nōne ego et mr̄ tua et fratres tui adorabimus te sup ter ram? Inuidebāt ei igitur fratres sui: pater vero rem tacit⁹ conside rabat. Cūq; fratres illius in pascē dis gregibus pr̄is morarent in si chem: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respondēte presto sum: ait. Vade et vide si cū cta pspera sint erga fratres tuos et pecora: et renuncia michi quid agat. Missus de valle ebron: venit in sichē. Inuenitq; eū vir errantē in agro: et interrogauit eū qd q̄re ret. At ille respōdit Fratres meos quero. Indica michi vbi pascunt greges? Dixit illi vir. Recesserūt de loco isto. Audiui aūt eos dicen tes: eamus in dothai. Perrexit er go ioseph post fratres suos: et iue nit eos in dothai. Qui cū vidissēt eū procul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerunt illū occidere / et mu tuo loq̄bant. Ecce sōniator venit Venite occidam⁹ eū / et mittam⁹ in cisternē veterā: dicemus q̄ fera pessima deuorauit eū. Et tunc ap parebit: qd illi prosint sōnia sua. Audiēs aūt hec ruben nitebatur liberare eū de manibus eorū. Et dicebat. Non interficiamus aiam eius nec effundamus sanguinē: sz proijcite eū in cisternā hanc q̄ est in solitudie / manusq; vr̄as serua te inoxias Hoc aūt dicebat volēs eripere eū de manib⁹ eoꝝ: et redde re patri suo. Gr. Ad dn̄z cū tribu larer clamaui: et exaudiuit me. V. Dn̄e libera aiaz meā a labijs iiq̄s et a lingua dolosa. Tract⁹. Domine nō scd̄z pc̄tā nr̄a q̄se cimus nos: neq; scd̄m iniquitates nr̄as retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iiq̄tatū nostratū anti quaꝝ / cito anticipēt nos mie tue / q; pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflexio cū dicit. V. Ad iuua nos de⁹ salutaris noster: et p pter gl'iaz nominis tui dn̄e libera nos / et ppicius esto pc̄tis nostris p pter nomē tuum. S. mathei. xxi.

In illo tp̄e: Dixit iesus disci pulis suis: et turbis iudeoꝝ. Homo quidā erat pater familias qui plantauit vineā: et sepē circū dedit ei. Et fodit in ea torcular et edificauit turri: et locauit eā agri colis / et peregre pfectus est Cum aūt tp̄s fructuū appropiquasset: misit suos suos ad agricolas / vt acciperēt fructus eius. Et agrico le apprehēsis seruis eius: aliū ce ciderūt / aliū occiderūt / aliū vero lapidauerūt. Iterum misit alios seruos plures priorib⁹: et fecerūt illis similiter. Nouissime aūt mi sit ad eos filiumsuū dicens Vere buntur filiū meū. Agricole autez vidētes filiū: dixerunt itra se. Hic est heres: venite occidamus eū / et habebimus hereditatē eius. Et apprehensū: eum eiecerunt extra vineā / et occiderūt. Cum ergo ve nerit dn̄s vinee: qd faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male per det: et vineā suā locabit alijs agri colis / qui reddāt ei fructū tp̄ibus suis. Dicit illis iesus. Nunq̄ legi stis in scripturis. Lapidē quem re probauerūt edificantes: hic fact⁹ est in caput anguli? a dn̄o factū est istud: et est mirabile in oculis no stris. Ideo dico vobis q; auferet vobis regnū dei: et dabitur gēti facienti fructus eius. Et qui ceci derit sup lapidē istū: cōfringetur

Super quē vero ceciderit: cōteret eū. Et cum audissent principes sacerdotū et pharisei parabolas eius cognouerūt qȝ de ipsis diceret. Et q̄rentes eū tenere: timuerunt turbas. Qm̄ sicut prophetā eū habebāt. Off. Dn̄e i auxiliū meū respice: cōfūdant et reuereant qui q̄rūt aiam meā vt auferāt eam. V. Auertantur retrorsū et erubescant qui cogitāt michi mala. Secre.

Hec i nobis sacrificia dn̄e deus et actione permaneāt: et operatione firment. Per do. Cōio. Tu dn̄e seruabis nos: et custodies nos a gñatione hac in eternū. Postcō.

Fac nos domie q̄s accepto pignore salutis eterne sic tendere congruenter: vt ad eā peruenire possimus. Per d. Sup ppl'm Hūiliate capita vestra deo. Oro.

Da q̄s dn̄e populo tuo salutē mentis et corporis: vt bonis operibus inherēdo/tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per do. ¶ Sabbato. Officium

Lex dn̄i irreprehensibilis conuertēs aias: testimoniū dn̄i fidele sapientiam prestans puulis. Ps. Celi enarrāt gl'aȝ dei: et opa manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Flecta. Or.

Da q̄s dn̄e nostris effectum ieiuniis salutarem: vt castigatio carnis assūpta/ad nostrarum vegetationē transeat aiarū. Per dn̄m. Lectio libri genesis. xxvii. c.

In diebus illis: Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuū loquentē cū esau fratre tuo: et dicentē ei. Affer michi de venatione tua et fac cibos vt comedā: et benedicā tibi corā dn̄o / antequā moriar. Nūc ergo fili mi acquiesce cōsiliis meis: et pergēs ad gregem/affer michi duos hedos optimos/vt faciā ex eis escas pr̄i tuo/ quibus libenter vescit. Quas cuȝ intuleris et comederit bn̄dicat tibi priusq̄ moriat. Cui ille respondit Nosti q̄ esau frater me⁹ homo pilosus sit et ego lenis. Si attrectauerit me pater me⁹ et senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere/et iducat sup me maledictionē pro bn̄dictiōe. Ad quē mater. In me sit (ait) ista maledictio fili mi: tm̄ audi vocē meā/et pergens affer q̄ dixi. Abiit et attulit: dedit qȝ matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrē illi⁹: et vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi/induit eū. Pelliculasqȝ hedorȝ circūdedit manib⁹ et colli nuda ptexit. Deditqȝ pulmentū: et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respōdit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitqȝ iacob. Ego sum esau p̄mogeit⁹ tu⁹: feci sicut precepisti michi. Surge/sede et comede de venatione mea: vt bn̄dicat michi aia tua. Rursūqȝ ysaac ad filiū suū. Quō (inq̄t) tam cito iuenire potuisti fili mi? Qui rn̄dit. Voluntas dei fuit: vt cito michi occurreret qđ volebā. Dixitqȝ ysaac. Accede huc vt tangā te fili mi: et probē vtrū tu sis filius me⁹ esau an nō. Accessit ille ad patrē: et palpato eo dixit ysaac. Vox quidem vox iacob est: sed man⁹/man⁹ sūt esau. Et non cognouit eū: qȝ pilose man⁹ similitudinē maioris expresserāt. Bn̄dicens ergo illi ait. Tu es fili⁹ meus esau? Respōdit Ego suȝ. At ille. Affer (inq̄t) michi cibos de venatione tua fili mi: vt bn̄dicat tibi aia mea. Quos cum oblatos cōedisset: obtulit ei etiaȝ

et vinũ. Quo hausto: dixit ad eũ. Accede ad me: et da michi osculũ fili mi. Accessit: et osculatus est eũ Statimq; vt sensit vestimentorũ illius fragrantiã: bñdicẽs illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abũdantiã frumenti vini et olei: et seruiãt tibi populi / et adorẽt te tribus Esto dñs fratrũ tuorũ: et incuruent ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledict9 et q̃ bñdixerit tibi benedictionibus repleat. Vix ysaac sermonẽ impleuerat: et egresso iacob foras / venit esau. Coctosq; de venatiõe cibos intulit pr̃i dicẽs. Surge pater mi et comede de venatiõe filij tui: vt bñdicat michi aĩa tua Dixitq; illi ysaac. Quis ei es tu? Qui respõdit. Ego sũ filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupore vehementi: et vltra q̃ credi potest admirans ait Quis igit̃ ille est qui dudũ captã venationẽ attulit michi: et comedi ex oĩbus priusq̃ tu venires. Bñdixiq; illi: et erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris: irrugijt clamore magno / et cõsternat9 ait. Bñdic etiã et michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulẽter: et accepit benedictionem tuã. At ille subiũxit. Iuste vocatũ est nomẽ eius iacob: supplantauit eñ me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nũc scdo surripuit benedictionẽ meam. Rursumq; ad patrẽ Nunquid non reseruasti (ait) et michi benedictionẽ? Respõdit ysaac Dñm tuũ illũ cõstitui et oẽs fratres suos seruituti illi9 subiugaui. Frumẽto et vino et oleo stabiliui eũ: et tibi post hec fili mi vltra quid faciã? Cui esau. Non vnam inquit tantũ benedictionẽ habes pater. Michi q̃q; obsecro vt benedicas. Cũq; eiulatu magno fleret motus ysaac dixit ad eum. In pinguedine terre et in rore celi desuper: erit bñdictio tua. Gr Bonũ est cõfiteri dño et psallere nomini tuo altissime. V Ad ãnũciãdũ mane miam tuam: et veritatẽ tuam per noctẽ. Secundum lucam. xv.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc Homo quidã habuit duos filios: et dixit adolescẽtior ex illis patri. Pater da michi portionẽ substantie q̃ me contingit. Et diuisit illis substantiã. Et nõ post multos dies cõgregatis oĩbus adolescẽtior filius pegre pfectus est in regionẽ longinquã: et ibi dissipauit substantiã suã viuendo luxuriose. Et postq̃ oĩa consummasset: facta est fames valida in regione illa / et ipse cepit egere. Et abijt et adhesit vni ciuiũ regionis illius: et misit illũ in villã suam / vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suũ de siliq̃s quas porci mãducabãt: et nemo illi dabat. In se aũt reuersus: dixit. Quãti mercẽnarij in domo patris mei abũdãt panibus: ego aũt hic fame pereo. Surgã / et ibo ad patrẽ meũ: et dicã ei. Pater peccaui in celũ et corã te: iam non sum dign9 vocari filius tuus / fac me sicut vnũ ex mercẽnarijs tuis. Et surgẽs venit ad patrẽ suũ. Cũ aũt adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius / et misericordia motus est Et accurrẽs cecidit supra collũ eius: et osculatus est eũ. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in celũ et corã te: iam non sum dignus vocari fili9 tuus. Di

xit autẽ pater ad seruos suos. Cito pferte stolã primã et induite illũ: et date anulũ in manu eius/ & calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulũ saginatũ & accidite/ & manducemus et epulemur quia hic filius meus mortuus erat & reuixit/ perierat et inuentus est. Et ceperũt epulari Erat autẽ fili⁹ ei⁹ senior in agro. Et cũ veniret et appropiquaret domui: audiuit symphoniã et chorũ. Et vocauit vnũ de seruis: et interrogauit quid hec essent. Is q dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulũ saginatũ/ qr saluũ illũ recepit. Indignatus est autẽ: et nolebat introire. Pater ergo illius egress⁹: cepit rogare illũ. At ille respondens: dixit pr̃i suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nunq̃ mãdatũ tuũ preteriui/ et nunq̃ dedisti michi hedũ vt cũ amicis meis epularer Sed postq̃ hic filius tu⁹ qui deuorauit substantiã suã cũ meretricibus venit occidisti illi vitulũ saginatum. At ille dixit ei Fili/ tu semper mecũ es et oĩa mea tua sunt. Epulari autẽ et gaudẽ oportebat: qr frater tuus hic mortuus fuerat & reuixit. Perierat: & iuẽt⁹ est. Offer. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã i mortem neq̃ dicat iimic⁹ meus pualui aduers⁹ eũ. V̄ Usq̃ q̃ dñe obliuiscer{is} me i finẽ: q̃diu ponã cõsilia i aĩa mea. Se

His sacrificijs dñe cõcede placat⁹ vt q̃ ppriis oramus absolui delict{is}: nõ grauemur externis. P do. Cõ. Oportet te fili gaudere qr frat tu⁹ mortu⁹ fuerat & reuixit/ pierat et iuẽt⁹ est. Postcõ.

Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: et sui nos participes potenter efficiat. Per dñm. Sup populũ Humiliate capita. ve. d. Or.

Familiã tuã q̃s dñe continua pietate custodi: vt q̃ in sola spe gratie celestis innititur/ celesti etiã protectione muniatur. P do.

¶ Dñica tercia q̃dragesime. Offi.

Oculi mei semper ad dñm qm̃ ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me et miserẽ mei quoniã vnic⁹ & pauper sũ ego. ps. Ad te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in te confido non erubescam. Oratio

Quesumus oĩps deus: vota humiliũ respice: atq3 ad defensionẽ nostrã/ dexterã tue maiestatis extende. Per do. Ad ephesios. v. c.

Fratres. Estote imitatores dei sicut filij carissimi: et ambulate in dilectione sicut christus dilexit nos: et tradidit semetipsũ pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio aũt et omis immũdicia/ aut auaricia/ nec nominet in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo/ aut stultiloquium/ aut scurrilitas que ad rem nõ pertinet/ s3 magis gratiarũ actio. Hoc autem scitote intelligẽtes: q omnis fornicator/ aut imundus/ aut auarus/ quod est ydolorũ seruitus/ nõ habet hereditatẽ in regno xpi & dei. Nemo vos seducat. manibus verbis Propter hec eni venit ira dei i filios diffidẽtie. Nolite ergo effici: pticipes eorũ Eratis eni aliquãdo tenebre: nũc autẽ lux in domino. Ut filij lucis ambulate Fructus eni lucis est in omni bonitate & iusticia et veritate. Grad. Exurge dñe nõ preualeat homo: iudicent gẽtes i cõspectu tuo. V̄. In cõuertendo inimicũ meum retrorsum: infirmabuntur et perient a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oculos meos: q̄ habitas ī celis. ℣. Ecce sicut oculi seruo℞: ī manib⁹ dn̄o℞ suo℞. ℣. Et sicut oculi ācille: ī manib⁹ dn̄e sue. ℣. Ita ocl̄i nr̄i ad dn̄m deū nostrū donec misereatur nr̄i. ℣. Miserere nobis dn̄e miserere miserere nobis. Scd̄m lucam. xi cap.

In illo tp̄e: Erat iesus eijciens demoniū: ꝫ illud erat mutum Et cū eiecisset demoniū locut⁹ est mutus: ꝫ admirate sūt turbe Quidā autē ex eis: dixerunt. In beelzebub principe demonio℞: eijcit demonia Et alij tentantes: signū de celo q̄rebāt ab eo. Ipse autē vt vidit cogitationes eo℞: dixit eis. Oē regnū ī seipsū diuisū desolabitur: et domus sup͂ domū cadet Si autem et sathanas ī seipsum diuis⁹ est: quō stabit regnū ipsius/ qꝛ dicitis in beelzebub eijcere me demonia? Si aūt ego ī beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo et ipsi iudices vr̄i erūt. Porro si in digito dei eijcio demonia: pfecto peruenit in vos regnū dei. Cum fortis armatus custodit atriū suum: in pace sunt ea q̄ possidet Si aūt fortior illo superueniens vicerit eū: vniuersa arma eius auferet in quibus cōfidebat/ ꝫ spolia eius distribuet Qui nō est mecum aduersū me est Et qui non colligit mecū: dispargit. Cū imūdus spūs exierit ab hoīe: ambulat per loca inaquosa q̄rens requiē/ et non inueniens dicit. Reuertar in domū meā vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eā scopis mundatā. Tūc vadit: et assumit septē alios spiritus secū nequiores se/ ꝫ ingressi habitāt ibi. Et fiunt nouissima hoīs illius peiora prioribus Factū est autem cū hec diceret/ extollēs vocem quedā mulier de turba/ dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo Beati qui audiūt verbū dei: et custodiūt illud. Offer. Iusticie dn̄i recte letificātes corda ꝫ dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodit ea. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e deuoto℞ mu nera famulo℞: et tua diuina purifica seruientes pietate mysterijs: quib⁹ etiā iustifica s ignorātes p. d. Cō. Passer īuenit sibi domū ꝫ turtur nidū vbi reponat pullos suos altaria tua dn̄e vtutū rex meus ꝫ de⁹ me⁹: bt̄ī qui hitāt ī domo tua ī scl̄a scl̄i laudabūt te. Postcō.

A Cunctis nos dn̄e reatibus et periculis propiciatus absolue: quos tanti misterij tribuis esse participes. Per dominum.

¶ Feria scd̄a. Ad missā. Officium.

In deo laudabo verbum in dn̄o laudo sermonem ī deo speraui: non timebo quid faciat michi homo. ℣. Miserere mei de⁹ qm̄ conculcauit me hō: tota die ipugnās tribulauit me. Flectam⁹. ge. Le. Orō.

Cordibus nostris q̄s domine gratiam tuā benign⁹ infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinemus: ita sensus quos nostros a noxijs retrahamus excessibus Per do. Lectio libri regū. iiij. v. ca

In diebus illis. Naaman princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dn̄z suū ꝫ honoratus. Per illū eni dedit dn̄s salutem syrie. Erat autē vir fortis ꝫ diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrūculi: et captiuā duxerant de terra isr307 puellā paruulam q̄ erat ī obseq̄o vxoris naaman. Que ait ad dn̄am suam. Uti

nam fuisset dñs meus ad prophetam q̄ est in samaria: pfecto curasset eũ a lepra quã habet. Ingressꝰ est itaq; naamã ad dñm suũ: et nũciauit ei dicẽs. Sic et sic locuta est puella: de fra israel. Dixitq; ei rex syrie. Uade: et mittã litteras ad regẽ israel. Qui cũ pfectus esset et tulisset secũ decẽ talenta argẽti: et sex milia aureos et decẽ mutatoria vestimentorũ / detulit litteras ad regẽ israel in hec verba. Cum acceperis epystolã hanc / scito ꝙ miserim ad te naamã seruũ meũ: vt cures eũ a lepra. Cũq; legisset rex israel litteras: scidit vestimẽta sua et ait. Nunqd deus ego sũ vt occidere possi et viuificare: q; iste misit ad me vt curẽ hominem a lepra sua. Aiaduertite et videte: quot occasiones q̄rat aduersũ me. Qd cũ audisset helyseꝰ vir dei scidisse videlicet regẽ israel vestimenta sua: misit ad eũ dicẽs. Cur scidisti vestimẽta tua? Ueniat ad me: et sciat pphetam esse in israel. Uenit ergo naamã cũ eqs et curribꝰ: et stetit ad ostiũ domus helysei. Misitq; ad eũ helyseus nũciũ dicẽs. Uade / et lauare septies in iordane: et recipiet sanitatẽ caro tua atq; mũdaberis. Iratusq; naamã recedebat dicẽs Putabã ꝙ egrederet ad me: et stans inuocare nomen dñi dei sui / et tãgeret manu sua locũ lepre / et curaret me. Nunqd nõ meliores sunt abana et pharfar fluuij damasci / oĩbus aqs israel vt lauer in eis et mũder? Cũ ergo vertisset se et abiret indignãs: accesserũt ad eũ serui sui / et locuti sũt ei. Pater / et si rem grandẽ dixisset tibi ppheta: certe facere debueras Quantomagis q; nunc dixit tibi / lauare et mũdaberis? Descẽdit et lauit in iordane septies iuxta sermonẽ viri dei: et restituta est caro eiꝰ sicut caro pueri paruuli / et mũdatus est a lepra. Reuersusq; ad virũ dei cũ vniuerso comitatu suo venit et stetit corã eo / et ait. Uere scio ꝙ non sit aliꝰ deus in vniuersa terra: nisi tantũ dñs deus israel Rx. Deꝰ vitã meã ãnũciaui tibi: posuisti lachrimas meas i ɔspectu tuo. Vꝰ. Miserere michi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellãs tribulauit me. Tr.

Domine nõ secũdũ pctã nr̃a que fecimus nos: neq; scd̃m iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ / cito anticipẽt nos mĩe tue / q; pauperes facti sumus nimis. Hic nõ fiat genuflexio cũ dicit. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos / et propiciꝰ esto peccatis nostris propter nomen tuũ. Scd̃m lucã. iiij.

In illo tpe: Dixerũt pharisei ad iesũ. Quãta audiuimꝰ facta i capharnaũ: fac et hic in patria tua. Ait ãt. Amẽ dico vob: q; nemo ppheta acceptꝰ est i patria sua In veritate dico vobis: multe vidue erãt i dieb' helye i israel qñ clausũ est celũ annis tribꝰ et mẽsibus sex: cũ facta esset fames magna in oĩ terra. Et ad nullã illarũ missꝰ est helyas nisi in sareptã sydonie ad mulierẽ viduam. Et multi leprosi erant in israel sub helyseo ppheta: et nemo eorũ mũdatus est nisi naamã syrus. Et repleti sunt oẽs in synagoga ira: hec audiẽtes. Et surrexerũt / et eiecerunt illũ extra ciuitatẽ: et duxerũt illũ vsq; ad supercilium montis / super quem ciuitas illorũ erat edificata: vt preci-

pitarēt eū. Ipē aūt transiens: per medium illoꝝ ibat. Off. Exaudi deus oratio nē meā et ne despexeris deprecationē meā: intende in me et exaudi me. V. Cōturbatus sū a voce inimici et a tribulatione peccatoris/ et expectabā eum qui salvum me faceret. Secreta.

Munus quod tibi dñe nostre servitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramētū. Per dñz. Cōio. Quis dabit ex syon salutare israel: cū auerterit dñs captiuitatē plebis sue exaltabit iacob et letabitur israel. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt que ore contigimus/ pura mente capiamus. Per dñm. Sup ppłm. Humiliate capita vestra deo. Or.

Subueniat nobis quesumus domine misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostroꝝ periculis te mereamur protegente eripi/ te liberante saluari. Per dominum nostrum iesum.

Feria tercia. Ad missā. Officiū.

Ego clamaui quoniā exaudisti me deus: inclina aurem tuam ꝛ exaudi verba mea: custodi me domine vt pupillā oculi sub vmbra alarū tuarum protege me. ps. Exaudi dñe iusticiā meam: intende deprecationem meam. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Exaudi nos omnipotens et misericors deus: et cōtinentie salutaris propicius nobis dona cōcede. Per dominū nostrū.

Lectio libri regum. iij. iiij. capitu

In diebus illis: Mulier quedam clamabat ad helyseum prophetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit helyseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi quid habes in domo tua? At illa respōdit. Non habeo ancilla tua quicꝙ in domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. et ingredere domū tuā / ꝛ claude hostium cum intrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mulier et clausit ostiuꝫ super se et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cumqꝫ plena fuissent vasa: dixit ad filium suum. Affer michi adhuc vas. Et ille respondit. Nō habeo. Stetqꝫ oleum. Venit autem illa: et indicauit homini dei. Et ille. Vade (inquit) et vēde oleum: ꝛ redde creditori tuo. Tu aūt et filij tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis mūda me dñe: ꝛ ab alienis parce seruo tuo. V. Si mei nō fuerit dominati tūc īmaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Secundū matheū. xviij.

In illo tempore: Respiciens iesus in discipulos suos dixit symon petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe euꝫ inter te et ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuū. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos/ vt in ore duorum / vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiā non audierit: sit tibi sicut ethicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunqꝫ

alligaueritis super terram: erunt ligata et in celo. Et quecunqz solueritis super terram: erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis / quasi duo ex vobis consenserint super terrā de omni re quancunqz petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum dixit. Domine quotiēs peccabit in me frater meus: dimittā: et vsqz septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsqz septies: sed vsqz septuagesies septies. Offer. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me nō moriar sed viuam et narrabo opera dñi. V. In tribulatione inuocaui dñm et exaudiuit me in latitudine qm̄ dñs adiutor meus est. Secr.

P Er hec veniat quesumus domine sacramenta nostre redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus: et ad salutaria cuncta perducat. Per dominū. Cōio. Dñe quis hītabit i tabernaculo tuo aut quis reqescet i mōte sācto tuo. q̄ igreditur sine macula et opatur iustitiā

S Acris dñe mysterijs. P⁹cōio expiati: et veniā quesumus consequamur et gratiam. Per dominū nostrum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oro.

T Ua nos dñe protectione defende: et ab omī semper iniquitate custodi. Per dominum nostrum iesum christum filii.tu. Qui.

¶ Feria quarta. Ad missam. Offm

E Go autem in dño speraui: exultabo et letabor i tua misericordia quia respexisti humilitatez meā ps. In te domine speraui non confūdar in eternū: i iustitia tua libera me. Gloria patri. Oremus Flectamus genua. Leuate Oratio.

P Resta nobis dñe: vt salutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoqz vicijs abstinentes: propiciationem tuā facilius impetremus. Per dominū nostrum iesuz.

¶ Lectio libri exodi. xx. capitulo.

H Ec dicit dominus deus: honora patrem tuum et matrē tuam vt sis longeuus super terram: quam dominus deus tu⁹ dabit tibi. Non occides / non mechaberis: non furtum facies non loqueris: contra proximum tuuz falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui / nec desiderabis vxorem eius: non seruū / non ancillam / non bouem / non asinum / nec omnia que illius sūt Locutus autem populus audiebat voces / et videbat lampades / et sonitum buccine / montemqz fumigantē. Et perterriti ac pauore percussi: steterunt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiemus. Nō loquamur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: et terror illius esset in vobis et non peccaretis. Stetitqz populus de longe moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitqz preterea dominus ad moysem. Hec dices filijs israel. Uos vidistis q̄ de celo: locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis super illud olocausta et pacifica vestra. Oues vestras / et boues: i omni loco in quo mēoria fuerit nōis mei.

Gr. Miserere michi dñe qm̄ infir mus sum sana me domine. ℣. Cõturbata sunt oĩa ossa mea et aĩa mea turbata est valde. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide hũilitatẽ meã et laborẽ meũ et dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in te confido non erubescã/neqꝫ irrideant me ĩimici mei. ℣. Etei vniuersi q̃ te expectãt nõ cõfũdẽtur: cõfũdãtur oẽs faciẽtes vana. Secũdum matheum. xv.

In illo tempore: accesserunt ad iesuꝫ ab hierosolimis scribe et pharisei: dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare et vos transgredimini mãdatum dei: propter traditionem vestram? Nam deus dixit. Honora patrem: et matrem. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Uos autem dicitis: quicunqꝫ dixerit patri vel matri mun⁹ quodcunqꝫ est ex me tibi proderit: et non honorificabit patrem suum et matrẽ suã: et irritum fecistis mandatum dei propter traditionẽ vestram. Hypocrite: bene pphetauit de vobis ysaias propheta: dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas ac mandata hominũ. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod ĩtrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore/hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo/scandalizati sunt. At ille respondens: ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt/duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolam istam? At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in ventrem vadit et in secessum emittitur? Que autem procedunt de ore de corde exeunt: et ea coinquinant hominẽ. De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia/adulteria/fornicationes/furta/falsa testimonia/blasphemie. Hec sũt: que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat hominẽ. Offer.

Dñe fac mecũ misericordiaꝫ tuam propter nomẽ tuũ: quia suauis est misericordia tua. ℣. Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me aptũ est.

Suscipe quesumus Secreta domine preces populi tui cũ oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defẽde periculis. P. Cõmunio.

Notas michi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Postcommunio.

Sanctificet nos quesumus domine quã pasti sumus mensa celestis: et a cũctis erroribus expiatos supernis promissionibus reddat acceptos. Per dominum. Sup populum. Humiliate capita vr̃a deo.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus/securati-

ut mente seruiamus Per dominū

Feria quinta. Ad missam. Offi.

Salus populi ego sum di-cit dn̄s: de quacunq3 tri-bulatiōe clamauerint ad me exaudiam eos et ero il lorū dominus in ppetuū. ℣. Atten dite popule meus legē meā: incli nate aurem vestram in verba oris mei. Gloria. Oremus. Flectam⁹ genua leuate. Oratio.

Concede quesumus omnipo-tens deus: ut ieiuniorū no-bis sancta deuotio: et purificatio-nem tribuat/et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dominum.

Lectio hieremie prophete. vii. cap.

In diebus illis: Fact⁹ est ser mo domini ad me dicēs. Sta in porta domus domini: et predi-ca ibi verbum istud /et dic. Audite verbum domini omnis iuda: qui ingredimini per totas has ut ado retis dominum Hec dicit dn̄s exer cituum: deus israel. Bonas facite vias vestras et studia vestra: et habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis men-dacij dicentes: templū domini tē-plum dn̄i/tēplū domini est. Quo-niā si bene direxeritis vias vestras et studia vestra: si feceritis iudici-um inter virum et proximum eius aduene et pupillo et vidue non fe-ceritis calūniam / nec sanguinem innocentē effuderitis in loco hoc: et post deos alienos nō ambula-ueritis in malū vosmetipsis: ha-bitabo vobiscū i loco isto in terra quaz dedi patribus v̄ris / a seculo et i seculū. Dicit dn̄s: omnipotens

Gr. Oculi omnium in te sperant domine: et tu das illis escā in tem pore oportuno. ℣. Aperis tu ma num tuā: et imples oē animal be-nedictione Secundum iohānē vi.

In illo tempore: Dixit iesus turbis iudeorum Operamini non cibū qui perit sed qui perma-net in vitam eternā / quam filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater: signauit deus Dixerunt er-go ad eum. Quid faciemus ut ope remur opera dei? Respondit iesus et dixit eis. Hoc est opus dei: ut cre datis in eum quem misit ille Dixe runt ergo ei. Quod ergo tu facis signum: ut videamus et credam⁹ tibi? Quid operaris? Patres no-stri manducauerunt manna in de serto: sicut scriptū est. Panē de ce-lo dedit eis manducare. Dixit er-go eis iesus. Amen amen dico vo-bis: non moyses dedit vobis pa-nem de celo: sed pater me⁹ dat vo bis panē de celo verū. Panis enī dei est qui descendit de celo: et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eū Dn̄e/semper da nobis hunc pa-nem dixit autē eis iesus Ego sum panis vite. Qui venit ad me: non esuriet. Et q̄ credit i me: non sitiet vnq̄. Offer. Si ābulauero in me-dio tribulationis viuificabis me dn̄e: et sup irā iimicorū meorū ex-tēdes manū tuā: et saluū me fecit dextera tua. ℣. In quacūq3 die inuo cauero te exaudi me dn̄e mltiplica bis i aīa mea virtutē tuā. Secreta

Hac nos dn̄e quesum⁹ ad san cta mysteria purificatis mē-tibus accedere: ut tibi semper cōpe tēs deferamus obsequiū. Per do.

Cōio. Tu mādasti mādata tua cu stodiri nimis: vtinā dirigātur vie mee ad custodiendas iustificatio-nes tuas. Postcommunio.

Sacramenti tui domine vene-randa perceptio: et mystico nos mundet effectu: et perpetua virtu

te defendat. Per dñm. Super populum. Humiliate capita. ve. Oro.

Subiectum tibi populū que sumus domine propiciatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mandatis. Per do.

¶ Feria sexta Ad missam. Officiū.

Fac mecum dñe signū in bonum vt videant qui me oderunt et confundātur quoniā tu domine adiuuisti me et consolatus es me. Ps. Inclina dñe aurem tuam et exaudi me, qm̄ inops et pauper sum ego. Flectamus ge. Le. Oro.

Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore / ita a vicijs ieiunemus in mente. Per dominum.

Lectio libri numeri. xx. capitulo.

In diebus illis Cōuenerunt filij israel aduersum moysez et aaron: et versi in seditionem dixerunt. Date nobis aquam vt bibamus. Ingressiqȝ moyses et aaron dimissa multitudine ante tabernaculum federis: corruerunt proni in terram / clamaueruntqȝ ad dñm / atqȝ dixerunt. Dñe deus exaudi clamorem populi huius: et aperi eis thesauruȝ tuum fontem aque viue / vt satiati cesset murmuratio eorum Et apparuit gloria domini: super eos. Locutusqȝ est dñs ad moysem dicens. Tolle virgam et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis / et illa dabit aquas Cumqȝ eduxeris aquaȝ de petra / bibet omnis multitudo et iumēta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu domini sicut preceperat ei: congregata omni multitudine ante petram / dixit eis. Audite rebelles et increduli. Nū de petra hac vobis aquam poterimus eycere? Cumqȝ eleuasset moyses manum percutiens virga bis silicē: egresse sunt aque largissime / ita vt populus biberet et iumenta. Dixitqȝ dominus ad moysem et aaron. Quia non credidistis michi vt sāctificaretis me coram filijs israel: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua cōtradictionis vbi iurati sūt filij israel cōtra dñm: et sāctificatus est israel cōtra dñm: et sāctificatus est i eis Grad In deo sperauit cor meū et adiutus sū et refloruit caro mea et volūtate mea cōfitebor illi. V. Ad te dñe clamabo deus meus: ne sileas / ne discedas a me. Tr.

Domine nō secūdū pctā nr̄a que fecimus nos: neqȝ scd̄m iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū / cito anticipēt nos mīe tue / qȝ pauperes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflexio cū dicit. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nominis tui dñe libera nos / et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Sc̄dm ioh. iiij. c.

In illo tempore: Venit iesus in ciuitatem samarie que dicitur sychar: iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontem. Hoc autem erat: hora quasi sexta. Venit mulier de samaria: haurire aquam Dicit ei iesus. Da michi: bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem: vt cibos emerent Dixit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo

tu iudeus cum sis: bibere a me po scis que sunt mulier samaritana? Non eni coutuntur iudei samaritanis. Respondit iesus: & dixit ei. Si scires donũ dei/et quis est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo / et dedisset tibi aquam viuam. Dixit ei mulier Domie/neq; i quo haurias habes et puteus altus est Unde ergo habes aquã viuam? Nũquid tu maiores patre nostro iacob qui dedit nobis puteum: et ipse ex eo bibit et filij eius/et pecora ei⁹? Rñdit iesus: et dixit ei. Ois qui bibit ex aqua hac sitiet iterũ. Qui autẽ biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dixit ad eum mulier. Dñe da michi hanc aquam vt non sitiã: neq; veniam huc haurire? Dixit ei iesus. Uade/voca virũ tuum: et veni huc? Respondit ei mulier: et dixit. Non habeo virum. Dixit ei iesus. Bene dixisti q; non habeo virum. Quinq; eni viros habuisti. & nunc quẽ habes nõ est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Dñe video q; ꝓpheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerant: et vos dicitis/q; hierosolymis est locus vbi adorare oportet Dixit ei iesus. Mulier crede michi: quia veniet hora quãdo neq; i monte hoc / neq; in hierosolymis adorabitis patrẽ. Uos adoratis quod nescitis: nos adoramus qđ scimus/quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est: quando veri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adorẽt eũ. Spiritus est deus/et eos qui adorant eum: in spiritu et veritate oportet adorare. Dixit ei mulier Scio quia messias venit: qui dicitur christus. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dixit eis iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamẽ dixit ei quid queris: aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriã suam mulier: et abijt in ciuitatem/et dixit illis hoibus. Uenite et videte hoiem qui dixit michi omnia quecunq; feci. Nunqd ipse est christus? Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis iesus. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quattuor menses sũt et messis venit? Ecce dico vobis leuate oculos vestros et videte regiones: quia albe sũt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit: et congregat fructum in vitã eternam. Ut & qui seminat simul gaudeat: et qui metit. In hoc eni est verbum verum: quia alius est qui semiat/et alius est qui metit. Ego misi vos metere quod non laborastis. Alij laborauerunt: et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum: propter verbum mulieris testimonium perhibentis / quia dixit michi omnia quecunq; feci.

Cum venissent ergo ad illum samaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies Et multo plures crediderunt in eum propter sermonē eius: et mulieri dicebant / quia iam non propter tuam loquelā credimus. Ipsi enim audiuimus et scim⁹: quia hic est vere saluator mundi. Offer. Intēde voci orōnis mee rex meus et deus meus: qm̄ ad te orabo dn̄e V. Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum / et exaudi me. Secreta.

Respice domine propici⁹ ad munera que sacramus: vt et tibi grata sint / et nobis salutaria semper existāt. Per dn̄m. Coio. Qui biberit aquā quā ego do dicit dn̄s samaritane: fiet in eo fōs aque salientis in vitam eternam. Postco.

Huius nos domie perceptio sacramenti mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dominū. Super populū Humiliate capita vestra deo. Oratio

Presta quesumus oīpotens deus: vt qui in tua protectione confidimus: cūcta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per dominum nostrum iesum.

Sabbato. Ad missam. Officiū.

Verba mea aurib⁹ percipe dn̄e itellige clamorem meum: intende voci orationis mee. Ps. Rex meus: et deus meus. Glia. Orem⁹. Flectam⁹ genua Leuate.

Presta quesumus omipotens deus: vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. q te. Lectio danielis prophete. xiij. ca

In diebus illis: Erat vir in babilōe: & nomē eius ioachī Et accepit vxorem nomine susannam filiam helchie: pulchram nimis / et timentē deum. Parentes autem illius cum essent iusti: erudierunt filiā suā secūdū legē moysi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomeriū vicinum domui sue. Et ad ipsum confluebāt iudei: eo ꝙ esset honorabilior omniū. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dn̄s: qr egressa est iniquitas de babilone a seniorib⁹ iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum ioachim: et veniebant ad eos oēs qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset post meridiem: ingrediebatur susanna et deambulabat in pomerio viri sui Et videbant eam senes quotidie ingredientē et deambulantem: et exarserunt in concupiscentiā ei⁹. Et auerterunt sensum / et declinauerunt oculos suos vt non viderent celum: neqꝫ recordarentur iudiciorum iustorū. Factum est autem cum obseruarent diem aptuꝫ quando eam possent inuenire solam: ingressa est aliquando sicut heri: et nudiustercius cū duabus solis puellis / voluitqꝫ lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et non erat ibi quisꝗ: preter duos senes absconditos / contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et smigmata: & ostia pomerij claudite / vt lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duos senes / et accurrerunt ad eam / et dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sūt: et nemo nos videt. Quāobrem / assentire

nobis:et cōmiscere nobiscū. Qđ si nolueris / dicem⁹ testimoniū ꝯtra te:ꝙ fuerit tecū iuuenis/ et ob hāc causā emiseris puellas a te Inge muit susanna:et ait. Angustie mi-chi sunt vndiqꝫ. Si eni hoc egero mors michi est: si aūt nō egero nō effugiā manus vestras Sed meli⁹ michi est absqꝫ ope incidere in ma nus vr̄as:ꝙ peccare in cōspectu do mini. Et exclamauit voce magna susanna:exclamauerunt autē ⁊ se nes aduersus eam. Cū autē audis-sent clamorē in pomerio famuli do mus:irruerunt per posticū vt vide rent quidnam esset. Postꝙ aūt se nes locuti sunt erubuerūt serui ve-hementer/qꝛ nunꝙ dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna Et facta est dies crastina. Cumqꝫ ve-nisset populus ad virū eius ioachī venerunt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susā nā vt interficerent eā Et dixerunt corā populo. Mitte ad susannam filiā helchie vxorem ioachi. Et sta tim miserunt Et venit cū parenti bus ⁊ filijs:et vniuersis cognatis suis. Flebāt igitur sui:et oēs qui nouerant eā Cōsurgētes aūt duo presbyteri in medio populi:posue rūt manus suas super caput eius Que flens suspexit ad celū. Erat aūt cor eius fiduciā habēs in dn̄o Et dixerunt presbyteri. Cū deam bularemus in pomerio soli:igres-sa est hec cū duabus solis puellis et clausit ostia pomerij et dimisit a se puellas Uenit itaqꝫ ad eā a do lescens q̄ erāt absconditus:⁊ cōcu buit cū ea. Porro nos cū essemus in angulo pomerij videntes iniq̄ tatē:cucurrimus ad eos ⁊ vidim⁹ eos pariter cōmisceri Et illum qui dem nequiuimus cōprehēdere:qꝛ

In dieb⁹ illis: Dixit dn̄s ad moysē. Loq̄re filiis israel: & dices ad eos: Et si in preceptis meis ambulaueritis et mādata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias t̄pibus suis / et terra gignet germen suum / & pomis arbores replebunt. Apprehendet messiū tritura vindemiā et vindemia occupabit sementē. Et comedetis panem vestrū in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra v̄ra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis et nō erit qui exterreat. Auferam malas vestias a vobis. & gladius nō transibit terminos v̄ros. Perseq̄mini inimicos vestros: et corruēt corā vobis Persequent quinq; de v̄ris centū alienos: et centū de vobis decem milia. Cadēt inimici vestri: in cōspectu v̄ro gladio. Respiciā vos et crescere faciā. Multiplicabimini et firmabo pactū meū vobiscu; Comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis supuenientibus proiicietis. Ponam tabernaculū

meũ in medio vestri: et non abiici et vos vltra aima mea. Ambulabo inter vos et ero vester de⁹: vos qꝫ eritis michi pp̄ls meus. Dicit dn̄s omps. Alla. ℣. Factus est repēte de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Oratio.

Presta q̄s op̄s deus: sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a viciis irruētibus pariter ieiunemus. Per. Lctō daniel pphete. iii.

Angelus dn̄i descendit cum azaria ⁊ sociis eius in fornacem: et excussit flamā ignis de fornace / et fecit medium fornacis q̄si ventū roris flantē. Flāma autem diffusa est super fornacem cubitis quadragita nouē: et incēdit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis / qui eam incendebant. Illos autē oino non tetigit ignis neqꝫ contristauit: neqꝫ quicq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace dicētes. Hic finiatur in aduentu Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorum: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Et benedictū nomen glorie tue quod est sanctū: et laudabile et superexaltatū in oibus seculis Bn̄dictus es i tēplo sancto glorie tue, et suplaudabilis et supgloriosus in secula. Bn̄dictus es in throno regni tui: et super laudabilis ⁊ superexaltatus in secula. Benedictus es sup' sceptrū regni diuinitatis tue: et superlaudabilis et superexaltatus in secula Benedict⁹ es qui intueris abyssos et sedes super cherubin et laudabilis et superexaltatus in secula. Benedict⁹ es qui ambulas super pennas vētorum et super vndas maris: et superlaudabilis et superexaltat⁹ in secula. Hic finiatur in quadragesima. Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o. bn̄dicite celi dn̄o: bn̄dicite angeli dn̄i dn̄o. Hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula Benedicite aque que super celos sunt dn̄o. bn̄dicite omēs virtutes dn̄i dn̄o. bn̄dicite sol et luna dn̄o Hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Bn̄dicite stelle celi dn̄o. benedicite ymber et ros domio benedicite omnis spiritus dei domino. Hymnū dicite et superexaltate eum in secula Benedicite ignis et estus dn̄o. bn̄dicite noctes et dies domio benedicite tenebre ⁊ lumen dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Benedicite frigus et cauma dn̄o. benedicite pruina et niues dn̄o. bn̄dicite fulgura et nubes domio. Hymnū dicite ⁊ superexaltate eum in secula Benedicat terra dn̄m. benedicite montes et colles domio. benedicite omnia nascentia terre domino. Hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite maria et flumina dn̄o. benedicite fontes dn̄o. bn̄dicite cete ⁊ oia que mouent̄ in aquis dn̄o. Hymnū dicite ⁊ superexaltate eum i secula. Benedicite volucres celi dn̄o. benedicite bestie et vniuersa pecora dn̄o. benedicite filii hoim dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eum in secula. Benedicat israel dn̄m benedicite sacerdotes dn̄i domino. benedicite serui dn̄i domio. Hymnū dicite et superexaltate eum in secula Benedicite sp̄us ⁊ aime iustorū dn̄o. benedicite sancti et hūiles corde dn̄o. Hymnū dicite et superexal=

tate eũ in secula. Benedicite anania/azaria/misael dño. Hymnuʒ dicite et superexaltate euʒ in secula

¶ In vigilia sancte trinitatis ẽ in mense septẽbris tota lctõ legatur Duo clerici de scd̃a forma in iuper pelliciis ad gradũ chori dicãt Allꝰ. ℣. Bñdictꝰ es dñe deꝰ patrũ nr̃oꝝ et laudabilis i scl̃a. nõ repetatur. Allã: seqꝗ Dñs vo. cum. Oremus

Deus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ: concede propicius / vt adueniente spiritu sancto nos famulos tuos non exurat flãma viciorum. Per do. in vni. eiusdẽ. Lctõ actuũ apl̃oꝝ. xiij.

In diebus illis Cõuenit vniuersa ciuitas: audire verbuʒ dei. Videntes autem turbas: iudei repleti sunt zelo / et contradicebant his que a paulo dicebantur blaphemãtes. Tũc ꝯstanter paulus et barnabas dixerunt. Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei: sed quoniam repulistis illud / et indignos vos iudicastis eterne vite ecce cõuertimur ad gentes. Sic eni nobis precipue dñs. Posui te in lucẽ gentibus: vt scis in saluteʒ vsqʒ ad extremũ terre. Audientes autẽ gentes gauise sunt / et glorificabant verbũ dñi / et crediderũt quotquot erant preordinati ad vitam eternã. Disseminabaꝫ autem verbũ dñi: per vniuersã regionem Iudei autẽ concitauerũt religiosas mulieres et honestas et primes ciuitatis: et excitauerunt persecutionẽ in paulũ: et barnabã / et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos: venerunt yconium. Discipuli qꝫ replebantur gaudio: et spũsancto

Et legatur in pulpito: q lecta: duo clerici de superiori gradu in cappis sericis ibidẽ dicunt. Allã. ℣. Laudate dñʒ oẽs gẽtes: et collaudate eũ oẽs ppl̃i. Repetat. Allã. sine neuma. Sequentia. Alma chorus. vt s. in feria quinta precedente. Secundum lucam. iiij. capitu.

In illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit i domum symonis. Socrus autem symonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum: pro ea. Et stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cuʒ sol autem occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languoribus / ducebant illos ad eũ. At ille singulis manus imponens: curabat eos Exibant autem demonia a multis: clamantia et dicentia qꝛ tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse xp̃m. Facta aũt die: egressus ibat in desertũ locum. Et turbe reqrebant eũ: et venerunt vsqʒ ad ipsũ. Et detinebant euʒ ne discederet ab eis. Quibꝰ ille ait. Quia et aliĳs ciuitantibus: oportet me euangelizare / regnũ dei. Credo. Offer. Dñe deus salutis mee i die clamaui ẽ nocte corã te: intret orõ mea i cõspectu tuo dñe. allã. Sec.

Mitte dñe q̃s spiritũ sanctuʒ qui et hec munera presentia tuũ nobis efficiat sacramentuʒ: et ad hoc percipiendum nostra corda purificet. Per do. in vni. eiusdem. Cõio. Nõ vos reliquã orphanos: veniã ad vos iterũ allã ẽ gaudebit cor vestrum allã allã. Postcõio.

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem: quo eorũ pariter et actu delectemur et fructu. Per dominuʒ nr̃m.

¶ In die sancte trinitatis Offm̃



Enedicta sit sancta trinitas atqз idiuisa vnitas ꝯfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Ps. Benedicamus patremet filium cum sancto spiritu. Non dicitur vlterius. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnib⁹ semper muniamur aduersis. In qua viuis et regnas deus. Per. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. iiij. ca.

IN diebus illis: Vidi ostium apertum in celo: et vox prima quam audiui tanq̄ tube loquentis mecum dicens. Ascende huc: et ostendam tibi que oportet fieri cito. Post hec statim in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens. Et q̄ sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis ꝛ sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: similis visiōi smaragdine Et i circuitu sedis: sedilia vigitiquattuor. Et sup thronos vigintiquattuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis: ꝛ in capitibus eorum corone auree Et de throno procedebant fulgura: et voces et tonitrua. Et septem lampades ardentes āte thronum: que sunt septem spiritus dei Et in conspectu sedis tanq̄ mare vitreum: simile cristallo. Et medio sedis et in circuitu sedis: quattuor aialia plena oculis āte et retro. Et aial primū simile leoni. Et scdm aial: simile vitulo Et terciuз animal: habēs faciē quasi homis. Et quartū aial: simile aquile volanti. Et quattuor aialia: singula eorum habebāt alas senas. Et in circuitu et intus: plena sūt oculis. Et requiem nō hobebant: die ac nocte dicentia. Sanctus/sanctus/sāctus/dn̄s deus omp̄s: qui erat /et qui est/et qui venturus est Et cū darent illa aialia gloriam ꝛ honorē et benedictionē sedenti super thronū viuenti in secula seculorū: procedebāt vigintiquattuor seniores ante sedentem i throno. Et adorabant viuentem: i secula seculorū. Gr. Benedictus es dn̄e qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deū celi: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Allā. V. Benedictus es dn̄e deus patrum nostrorum ꝛ laudabilis in secula. ℭ Sequentia

BEnedicta sit beata trinitas deitas eterna pariter coeq̄lis glia. Deus genitor natus genitus cum sacro pneumate permanens super om̄e qd̄ extat. Quib⁹ est vna semper voluntas et a se discrepat haud vnq̄ triplicata persona. Nam cōstat deitas vna non i tres deos diuisa qd̄ fides fatetur a xp̄o orthodoxe tradita. Hec nanqз pellit delicta patriā reddit serenam qua dulcem iubilāt agmina symphoniā celica. Alti throni vestigia imitantur stolis candidata. Operiūturqз binas quas captant post seculi discrimia. Et nos quos illustra gr̄a dei supera demus nostra debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia Vltimoqз pacto discrimie possim⁹ alto mox ꝑfrui palatio Quo perspicua flagrat lux accensa constanti flāma que deus est visio nostra et salus eterna Angelorū que

illustrat fortiter pectora. Ut i xpo solo sua designant lumina. Hec nãq est sitis illa flagransque tunc sitient anie sctoꝝ vel corpora. Cum fuerit data ppetua eis p nobis a iudice premia. Scdm ioh̄em.iii.c.

In illo tp̄e: Erat hō ex phariseis nichodemus nomie princeps iudeorū. Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo venisti magister. Nemo eni potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respōdit iesus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnū dei. Dixit ad eū nichodemus. Quomō potest homo nasci cū sit senex? Nūquid potest in ventrē matris sue iterato introire ⁊ renasci? Rn̄dit iesus Amen amen dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest introire in regnum dei. Qd̄ natū est ex carne: caro est. Et qd̄ natum est ex spū: spūs est. Non mireris quia dixit tibi oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat vocem eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus: et dixit ei. Quō possunt hec fieri? Rn̄dit ies⁹ et dixit ei. Tu es magister in israel/ et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod scimus loqm̄ur: et quod vidim⁹ testamur/ et testimoniū nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et nō credetis quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descēdit de celo fili⁹ hoīs qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hoīs. Ut omnis qui credit in ipsū non pereat: sed habeat vitā eternā. Offer. Bn̄dict⁹ sit de⁹ pr̄ vnigenit⁹ dei filius. sanctus quoq spiritus: quia fecit nobiscum misericordiā suā. Secreta

Sanctifica q̄s dn̄e deus trinitas sancta: p tui sancti noīs inuocationem huius oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui vi. Prefatio. Qui cum vnigenito. Cō. Bn̄dicimus deum celi et corā oib⁹ viuētibus ꝯfitebimur ei qz fecit nobiscum miam suā. Postcōio

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime dn̄e deus noster huius sacramenti susceptio et sēpiterne sancte trinitatis eiusdemq indiuidue vnitatis cōfessio In qua viuis et regnas deus Per

¶ Per totā ebdo. fiat memoria de trinitate ad missā de die: nisi in festo corporis xpi. et dicitur missa de trinitate/ quando de trinitate fit seruitiū/ nisi missa Salus populi dicenda fuerit per ebdo. ¶ In festo corporis xpi. Ad missā Officiū.


Cibauit eos ex adipe frumenti allelupa. et de petra melle saturauit eos allelupa allelupa allā. ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Kyrie fons. Oratio

Deus qui nobis sub sacramēto mirabili passiōis tue memoriā reliq̄sti tribue q̄s: ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et regnas cum deo patre. Ad corinthios. i. xi. cap.

Fratres: Ego enim accepi a dn̄o quod et tradidi vobis: q̄m dn̄s iesus in qua nocte tradebatur accepit panē/ et gr̄as agens

fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meũ: quod p vobis tradetur Hoc facite: in meã cõmemorationem. Similiter & calicem: postq̃ cenauit dicens. Hic calix nouũ testamentũ est in meo sanguine. Hoc facite quotiẽscũq; sumitis: in meã cõmemoratione. Quotienscunq; eni mãducabitis panẽ hunc et calicem bibetis: mortem dñi annunciabitis donec veniat Itaq; q̃cunq; manducauerit panẽ vel biberit calicem dñi indigne reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet antẽ seipsũ homo. et sic de pane illo edat/et de calice bibat Qui eĩ mãducat & bibit idigne iudiciũ sibi mãducat et bibit /non diiudicans corpus dñi. Gr. Oculi oium i te sperãt dñe: & tu das illis escã i tẽpore oportuno. V⁹. Aperis tu manũ tuã: & iples omẽ aial benedictione. Alla. V Caro mea vere est cib⁹ & sãguis me⁹ vere est pot⁹ q̃ mãducat meã carnẽ & bibit meũ sãguinẽ/ i me manet & ego i eo. Se.

Lauda syon saluatorẽ lauda ducez et pastorez in hymnis et canticis. Quantum potes tantũ gaude qr maior omni laude nec laudare sufficis. Laudis thema specialis viuus et vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene turbe fratrũ duodene datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio Dies enim solennis agitur in qua mense prima recolitur huius institutio. In hac mẽsa noui regis nouũ pascha noue legis phase vetus terminat. Vetustatem nouitas vmbrã fugat veritas noctẽ lux illuiat. Qd in cena xps gessit faciendũ hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis panẽ vinũ in salutis consecramus hostiã. Dogma dat xpianis q̃ in carnẽ transit panis et vinũ in sanguinẽ. Quod non capis quod nõ vides aiosa firmat fides preter rerũ ordinẽ. Sub aduersis speciebus signis tm̃ et non rebus latent res eximie. Caro cibus sanguis potus manet tamen xps totus sub vtraq; specie. A sumẽte nõ concisus nõ cõfractus nõ diuisus integer accipitur. Sumit vnus sumũt mille q̃tũ isti tãtũ ille nec sũptus consumitur Sumũt boni sumũt mali sorte tamen inequali vite vel interit⁹ Mors est malis vita bonis vide patris sumptionis q̃ sit dispar exitus Fracto demum sacramento ne vacilles sed memẽto tm̃ esse sub fragmento q̃tũ toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tantũ fit fractura qua nec status nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum non mittẽdus canibus In figuris p̃signat cũ ysaac imolat agn⁹ pasche deputatur dat mãna p̃tribus. Bone pastor pãis vere iesu nr̃i miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuentium. Tu qui cũcta scis et vales qui nos pascis hic mortales tuos ibi cõmensales coheredes et sodales fac sanctorum ciuium. Scdm̃ iohannẽ. vi

In illo tp̃e: dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinẽ: i me manet & ego in illo. Sicut misit me viuens pater et ego viuo ppt er patrẽ Et qui mãducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo de=

scendit Non sicut manducauerūt
patres vestri mānna:et mortui sūt
Qui manducat hunc panē:viuet
in eternū. Offer. Sacerdotes dñi
incensū et panes offerunt deo / et
ideo scti erūt deo suo /et nō pollu=
ent nomē eius alleluya. Secreta.
Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis
et pacis propicius dona con
cede:que sub oblatis muneribus
mystice designātur. Per do.
Qz per incarnati. Hec pfacio dicit
per totas octa. qñ de oct. fit serui=
tiū. et in ɔmēoratione eiusdē per
totū annū. Cōio. Quotienscunqz
mādūcabitis panē hūc ⁊ calicē bibe
tis mortē dñi annūciabitis donec ve
niat:itaqz q̄cūqz mādūcauerit pa
nē vel biberit calicē dñi idigne re⁹
erit corporis ⁊ sāguis dñi. al. P⁹cō
Hac nos q̄s dñe diuinitatis
tue sempiterna fruitione re
pleri:quā preciosi corporis et san=
guīs tui/tēporalis perceptio pre=
figurat. Qui viuis. Per totā ebd
dicit eadē missa qñ de octa. fit ser=
uitū:sed sine sequētia et. Credo.
vbi fiūt octa. cū regie cho. dr seq.
Ecce panis angelor. quotid per.
octa. et in octa. qñ de octa. fit missa
¶ Dñ. i. post festū sctē. trini. Offm
Domine ī tua misericor=
dia speraui exaltauit
cor meū in salutari tuo
cātabo domino qui bo=
na tribuit michi Ps. Vsqzquo dñe
obliuisceris me in finem:vsqzquo
auertis faciē tuam a me. Oratio.
Deus in te sperantium forti
tudo/ adesto propicius in =
uocationibus nostris: et quia si =
ne te nichil potest mortalis infir=
mitas:presta auxiliū grē tue vt in
exequēdis mādatis tuis/⁊ volūta
te tibi ⁊ actione placeam⁹. P. dñm

Memoria de trinitate fiat oib⁹ dñi=
cis vsqz ad aduē. dñi / nisi qñ alīq̄
dñica oino differat. Notādū est q̄
qñ dupl. festū p estatē in dñica ɔti=
gerit/nlla de dñica fiet mēo. lz ali=
qñ p necessitatē facta fuerit ad ves
pas et matut sub silētio vt alias
dictū est:sz qñ fit de aliq̄ fe. ix. l. in
dñicis/semp fiat memoria de do=
minica ⁊ de trinitate ad missam qñ
ad vesperas et ad matutinas fa=
cta fuerit memoria. ¶ Lectio epi=
stole beati iohānis apostoli. i. iiij. c
Carissimi. Deus caritas est
In hoc apparuit caritas dei
in nobis:quoniam filium suū vni
genitum misit deus in mundum:
vt viuamus per eum. In hoc est
caritas non quasi nos dilexerim⁹
deum sed quoniam ipse prior dile
xit nos/et misit filium suum ppi=
ciationem p peccatis nostris. Ca
rissimi:si deus dilexit nos et nos
debemus alterutrū diligere. Deū
nemo vidit vnq̄. Si diligam⁹ in=
uicem:deus in nobis manet:et ca
ritas eius in nobis perfecta est.
In hoc intelligim⁹ quoniam ī eo
manemus et ipse in nobis: qm̄ de
spiritu suo dedit nobis. Et nos
vidimus et testificamur: qm̄ pa =
ter misit filium suū saluatorē mū=
di. Quisquis confessus fuerit qm̄
iesus est filius dei:deus in eo ma=
net et ipse in deo. Et nos cogno=
uimus et credimus caritati: quaz
habet deus in nobis. Deus cari=
tas est. Et qui manet in caritate:
in deo manet et deus in eo In hoc
perfecta est caritas nobiscū:vt fi=
duciam habeamus in die iudicij:
qz sicut ille est ⁊ nos sumus in hoc
mundo. Timor. nō est in caritate
sed perfecta caritas foras mittit
timorem/qm̄ timor penam habet.

Qui autẽ timet: non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus deũ qm̃ ipse prior dilexit nos. Si quis dilexit qm̃ diligo deũ et fratrẽ suũ oderit: mẽdax est. Qui eni non diligit fratrẽ suũ quẽ videt: deum quẽ non videt quõ potest diligere? Et hoc mandatũ habem⁹ a deo: vt qui diligit deuz/ diligat et fratrẽ suũ. Gr. Ego dixi dñe miserere mei sana aĩaz meã q2 peccaui tibi. V. Beat⁹ q̃ itelligit sup egenũ ꝫ pauperẽ i die mala liberabit euz dñs. All. V. Verba mea aurib⁹ percipe dñe itellige clamorẽ meũ. Nulla dĩ sequẽtia qñ de dñica agit̃ vsq3 ad aduẽtũ dñi ¶ Scd̃m lucã. xvi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Homo quidẽ erat diues: et induebatur purpura et bysso/ et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidã mẽdicus noĩe lazar⁹ qui iacebat ad ianuã ei⁹ vlcerib⁹ plen⁹ cupiẽs saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: ꝫ lingebant vlcera eius. Factum est autẽ vt morerer̃ mendicus: et portaretur ab angelis in sinũ abrahe. Mortuus est autẽ et diues: et sepultus est i inferno. Eleuãs autez oculos suos/ cũ esset in tormentis: vidit abrahaz alonge/ et lazarũ in sinu eius. Et ipse clamans: dixit Pater abrahã miserere mei ꝫ mitte lazarũ vt intingat extremuz digiti sui in aquam: vt refrigeret linguam meã/ q2 crucior i hac flãma Et dixit illi abrahã. Fili recordare q2 recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc aũt hic ꝯsolatur: tu vero cruciaris Et i his oĩbus inter nos et vos chaos magnũ firmatũ est vt hi qui volũt hinc trãsire ad vos non possint: neq3 inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pat̃: vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo eni quinq3 fratres: vt testet̃ illis ne et ipi veniant in locum hunc tormentoruz Et ait illi abraham. Habent moysem et pphetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater abrahã: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiã agent Ait autem illi. Si moysẽ et pphetas non audiũt: neq3 si quis ex mortuis resurrexit credent. Offr. Intende voci oratiõis mee rex me⁹ et de⁹ meus quoniam ad te orabo domine. Secreta.

Deus qui nos ad ymaginem tuã conditos/ ꝫ sacramẽtis renouas et preceptis: supplicũ preces et munera benignus accepta vt qđ fiducia non habet meritorũ placatiões obtineãt hostiarꝫ. Per. Cõio. Narrabo oĩa mirabilia tua letabor et exultabo in te/ psallam noĩ tuo altissime. Postcõio.

Tantis dñe repleti munerib⁹ presta q̃sumus: vt et salutaria dona capiam⁹: et a tua nunq̃ laude cessemus. Per do. ¶ Fe. iiij. Lcõ epystole beati petri apostoli. ij. i

Carissimi: Notã fecimus vobis dñi nostri iesu xpi virtutem et presentiam: speculatores/ facti ip sius magnitudinis. Accipiẽs enim a deo patre honorem ꝫ gliaz voce delapsa ad euz huiuscemodi a magnifica glia Hic est filius meus dilectus in quo michi bene cõplacui: ipsũ audite. Et hanc vocẽ nos audiuimus de celo allatam: cuz essemus cũ ipso in monte scõ Et habemus firmiorẽ ppheticum sermonẽ cui benefacitis attendẽtes: quasi lucerne lucenti in caliginoso loco: donec dies elucescat

Et lucifer oriatur in cordibus ve-
stris. Secundum matheum. v.c.
IN illo tpe: Dixit iesus disci-
pulis suis. Nolite putare qȝ
veni soluere legem aut prophetas
Non veni soluere: sed adimplere.
Amen quippe dico vobis: donec
transeat celum et terra iota vnuȝ
aut vnus apex non preteribit a le-
ge donec oia fiant. Qui ergo sol-
uerit vnū de mādatis istis mini-
mis et docuerit sic homies: mini-
m⁹ vocabit in regno celorū. Qui
autem fecerit et docuerit: hic ma-
gnus vocabitur i regno celorum
¶ Dñica scḋa. Ad missā. Officiuȝ
FActus est dñs protector
meus et eduxit me in la
titudinē saluum me fe-
cit quoniam voluit me
Ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs
firmamētū meū et refugiū meuȝ ꝯ
liberator me⁹. Glia. Oratio
SAncti nois tui dñe timorem
pariter et amorem fac nos habere
perpetuū: qȝ nunꝗ tua guberna-
tione destituis / quos in solidita-
te tue dilectionis instituis. Per.
Lcō epl'e bti iohānis apl'i. i. iij. c.
CArissimi: Nolite mirari si
odit vos mundus. Nos sci-
mus qm̄ translati sumus de mor-
te ad vitam: qm̄ diligimus fratres
Qui non diligit: manet in morte
Ois qui odit fratrē suum: homici-
da est. Et scitis qm̄ omnis homici
da: non habet vitā eternā in se ma
nentē. In hoc cognouim⁹ carita-
tem dei: quoniā ille pro nobis ani
mā suā posuit / et nos debemus ꝓ
fratribus aimas ponere. Qui ha-
buerit substantiam huius mundi
et viderit fratrē suum necessitateȝ
patiētem et clauserit viscera sua
ab eo: quō caritas dei manet in eo?
Filioli mei / nō diligam⁹ vbo ne-
qȝ lingua: sed ope et veritate. Gr.
Ad dñm cū tribularer clamaui: et
exaudiuit me. V. Dñe libera aiam
meā a labijs iniqs: ꝯ a ligua dolosa
Allā. V⁹. Deus iudex iustus fortis
ꝯ patiens: nūq̄d irascitur per sin-
gulos dies Secundum lucā. xiiii. c
IN illo tpe: Dixit iesus disci-
pulis suis: parabolam hanc.
Homo quidā fecit cenā magnam:
et vocauit multos. Et misit ser-
uum suū hora cene: dicere inuita-
tis vt venirent / qȝ iā parata sunt
omnia. Et ceperunt simul omnes
excusare. Primus dixit illi. Villaȝ
emi: et necesse habeo exire / et vi-
dere illā. Rogo te: habe me excu-
satum Et alter dixit Iuga boum
emi qnqȝ: et eo ꝓbare illa. Ro-
go te: habe me excusatū. Et alius
dixit. Uxorem duxi: et ideo nō pos
sum venire. Et reuersus seruus:
nunciauit hec dño suo. Tunc ira-
tus paterfamilias: dixit seruo suo.
Exi cito in plateas et vicos ciui-
tatis et pauperes ac debiles / ce
cos et claudos introduc huc. Et
ait seru⁹. Dñe factum est vt impe
rasti: et adhuc locus est Et ait do-
minus seruo Exi in vias et sepes
ꝯ ꝯpelle intrare: vt impleat dom⁹
mea. Dico aūt vobis: ꝙ nemo vi-
rorū illoꝝ qui vocati sunt: gusta-
bit cenā meā. Offe. Dñe cōuertere
et eripe aiam meā saluū me fac ꝓ
pter misericordiā tuā. Secr.
OBlatio nos dñe tuo nomini
dicanda purificet: et de die i diem
ad celestis vite trāsferat actionem
P. Cōio. Cātabo dño q̄ bona tri-
buit michi: ꝯ psallā noi dñi altissi
SUmptis dñe mūe(mi. Pco
ribus sacris q̄s / vt cū freque
tatione misterij / crescat nostre sa-

lutis effectus. Per dñm nostrum
Feria.iiij. Ad ephesios .iiii. cap
F Ratres: Hec dico et testifi
cor in dño: vt iam non ābu
letis sicut et gentes ābulant in va
nitate sensus sui tenebris obscu-
ratū habētes intellectū/alienati
a via dei per ignorantiam q̄ est in
illis ꝓpter cecitatem cordis ipsorū
Qui desperantes semetipsos tra
diderunt impudicicie: in operatio
nem immundicie/oēs in auariciā
Vos autē non ita didicistis xp̄m:
si tamen illum audistis et in ipso
edocti estis / sicut est veritas in ie-
su christo. Deponite vos scd̄m pri
stinā ꝯuersationem veterē hoiem
qui corrūpitur scd̄m desideria er-
roris. Renouamini aūt spū men-
tis vestre: et induite nouū hoiem:
qui scd̄m deum creatus est in iusti
cia et sctitate et veritate. In xp̄o
iesu: dño nr̄o. Scd̄m matheū.xxi.
I N illo tp̄e: Cum venisset ie
sus in templum: accesserūt ad
eū principes sacerdotum et senio
res populi dicentes. In qua pote
state hec facit: et q̄s dedit tibi hāc
potestatem? Respōdens iesus: di
xit illis. Interrogabo vos et ego
vnū sermonem: quē si dixeritis mi
chi et ego vobis dicā in qua pote-
state hec facio. Baptismus iohan
nis vnde erat: de celo an ex homi
bus? At illi cogitabant intra se di
centes. Si dixerimus de celo: di
cet nobis. Quare ergo non credi-
distis illi? Si autē dixerimus ex
hoibus: timemus turbā. Oēs eni
habebāt iohēm: sicut ꝓphetā. Et
rn̄dentes iesu dixerunt. Nescim⁹
Ait illis et ipe Nec ego dico vobis
in qua potestate hec facio.
Dominica tercia post trinita-
tem. Ad missam Officium

R Espice in me et miserere
mei domine qm̄ vnicus
et pauper sum ego: vide
hūilitatē meā et laborē
meū et dimitte oia pctā mea deus
me⁹. P. Ad te dñe leuaui aiam meā
de⁹ me⁹ i te ꝯfido non erubescā. Or.
D Eprecationē nostram q̄s do
mine benign⁹ exaudi: et qui
bus supplicandi prestas affectum:
tribue defensionis auxilium. Per
Lectio ep̄le bti petri ap̄li. i. vlt.
C Arissimi: Humiliamini sub
potenti manu dei: vt vos ex
altet in tp̄e visitationis. Omnem
sollicitudinē vestrā ꝓicientes in
eū: qm̄ ipsi cura est de vobis. So-
brij estote et vigilate: q2 aduersa-
rius vester dyabolus tanq̄ leo ru
giēs circuit querēs quem deuoret.
Cui resistite fortes in fide: scien-
tes eandem passionē ei q̄ in mūdo
est vestre fraternitati fieri. Deus
autem ois gratie q̄ vocauit nos in
eternā gloriā i xp̄o iesu modicum
passos: ipse perficiet confirmabit
solidabitq3. Ipsi glia et iperium: i
secula seculor. Gr. Iacta cogita
tū tuū in dño ꝫ ipse te enutriet.
Dū clamarē ad dñ3 exaudiuit vocē
meā ab his q̄ appropinquāt michi
Allā V. Diligā te dñe virt⁹ mea dñs
firmamētū meū ꝫ refugiū meū ꝫ li
berator meus. Secundū lucā.xv.
I N illo tp̄e: Erant appropin-
quantes ad iesum publicani
et pctōres: vt audirent illum. Et
murmurabant scribe et pharisei
dicentes: q̄a hic pctōres recipit et
māducat cum illis. Et ait ad illos
parabolam istā: dicēs. Quis ex vo
bis homo qui habet centum oues
et si perdiderit vnā ex illis nonne
dimittit nonagintanouē in deser
to: ꝫ vadit ad illā que perierat do-

nec inueniat illā. Et cum inuene-rit eā imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domū: cōuocat amicos et vicinos dicens illis Cōgratulamini michi quia iueni ouē meā que perierat. Dico vobis q ita gaudiū erit i celo super vno pctōre penitētiā agente: q̄ supra nonagita nouē iustis qui non indigent penitentia. Aut q̄ mulier habens dragmas decē / si perdiderit vnā nōne accēdit lucernā et euertit domū et q̄rit diligenter donec inueniat eā? Et cū iuenerit cōuocat amicas & vicinas dicēs Cōgratulamini michi: q2 iueni dragmā quā pdiderā Ita dico vobis: gaudiū erit i celo corā angelis dei super vno pctōre / penitentiā agente. Offr. Sperēt i te oēs qui nouerunt nomē tuū domie quoniā nō dereliquis querētes te: psallite domino qui habitat in syon qm̄ non est oblitus orationē pauperū. Se.

Munera tibi dñe q̄s oblata sctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiat ad medelā. Qui te. Cō. Ego clamaui qm̄ exaudisti me deus inclina aurē tuam et exaudi verba mea. P9cōio.

Sacris dñe muneribus perceptis q̄s: vt nos eorum virtute et a viciis omībus expies et donis grē tue iugiter repleas. Per.

Feria. iiii. Ad thimoteū. ii. iiii.

Carissimi: Dñs michi astitit et confortauit me vt per me predicatio adipleatur Et audiant oēs gentes q2 liberatus sum de leonis ore malo: et saluum faciet i regnū suū celeste. Ipsi glia: in secula sclorū amē. Scdm matheū. v.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici / et iudex tradat te ministro / et in carnē mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimū quadrantem. Audistis q2 dictū est antiq̄s: nō mechaberis. Ego autē dico vobis: q2 ois qui viderit mulierē ad cōcupiscendum eā iam mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum et pijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnū mēbrorū tuorū q̄ totum corpus tuum eat in gehennem

Dñica quarta. Ad missā. Offm.

Dominus illuīatio mea & salus mea que timebo: dñs defensor vite mee a q̄ trepidabo q̄ tribulāt me inimici mei ifirmati sūt & ceciderūt. Ps. Si cōsistāt aduersū me castra nō timebit

Protector in te (cor meū. Or.

Protector in te sperātiū de9 sine quo nichil est validū nichil sāctū mltiplica sr nos miam tuā vt te rectore te duce sic trāseam9 p bōa tpalia vt nō amittamus eterna. p. Ad roma viii.

Fratres existimo eni q non sunt cōdigne passiones huius tpis ad futurā gloriam que reuelabitur in nobis Nā expectatio creature: reuelationē filiorum dei expectat Vanitati enim creatura subiecta est nō volēs: sed pter eū qui subiecit in spe. Q2 et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatē glie filiorum dei. Scimus eni q ois creatura i gemiscit et parturit vsq adhuc. Non solū autē illa: sed et nos ipsi primitias spūs habētes: et ipi itra nos gemim9 adoptionē filiorum dei expectantes redēptionē corpis nostri. In xpo iesu: dño nro. Gr.

Propicius esto dñe pctis nr̃is: ne= quãdo dicãt gẽtes vbi est de⁹ eorũ ṽ. Adiuua nos deus salutaris no= ster & propter honorẽ nois tui libe ra nos. All. ṽ. Dñe i virtute tua le= tabit rex et sup salutare tuũ exul= tabit vehemẽter. Scdꝫ lucã. xvi. c

In illo tpe: Dixit iesus disci= pulis suis Estote misericor= des: sicut & pater vester misericors est Nolite iudicare: et nõ iudicabi mi. Nolite condẽnare: & nõ cõden nabimi. Dimittite: et dimittemi ni. Date. et dabitur vobis. Men= suram bonam et coagitatam & su perefluentem: dabunt in sinũ ve= strum. Eadem vero mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis Dicebat autẽ illis & similtudinem Nũquid potest cecus cecũ ducere? Nõne ambo in foueã cadũt? Nõ est discipulus super magistrũ Per fectus autẽ oĩs erit: si sit sicut ma= gister eius. Quid aũt vides festu= cã in oculo fratris tui: trabẽ autẽ que in oculo tuo est nõ cõsideras? Aut quõ potest dicere frĩ tuo frat sine eiciã festucã de oculo tuo: ipe in oculo tuo trabẽ nõ vidẽs? Hy= pocrita eiice primũ trabẽ de oculo tuo: et tũc perspicies vt educas fe stucã de oculo fratris tui. Offr. Il lumĩa oculos meos ne vnq̃ obdor= miã i morte/ neq̃n dicat inimic⁹ me us pualui aduersus eũ. Secreta.

Respice dñe q̃s munera sup= plicantis ecclie: et saluti cre dentiũ perpetua sãctificatione su menda concede. p. d. Cõ. Dñs fir= mamẽtũ meũ & refugiũ meũ & libe rator me⁹ de⁹ me⁹ adiutor meus.

Sancta tua nos dñe (Pocõio. sumpta viuificent et mie sem piterne preparent expiatos. p. do.

¶ Feria quarta. Lectio epystole beati iohannis apostoli. i. c. ii. capi.

Carissimi. In hoc scim⁹ quo= niam cognouimus deum: si mandata eius obseruemus. Qui dicit se scire eũ et mãdata eius nõ seruat mẽdax est/ et in hoc veritas non est. Nã q̃ custodit verbum ei⁹ vere in hoc caritas dei perfecta est In hoc scimus: q̃m in ipo sumus. Qui dicit se in eo manere: debet queãdmodũ ille ambulauit/ et ip se ambulare. Scdm matheũ. xvii

In illo tpe Interrogauerũt discipuli iesũ dicẽtes Quid scribe dicunt: q helyam oporteat primũ venire? At ille respondens ait eis. Helyas quidem venturus est: et restituet omnia Dico autem vobis qꝫ helyas iam venit: et non cognouerunt eum / sed fecerũt in eo quecũq̧ voluerunt. Sic et fili us hois passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli qꝫ de iohan ne baptista dixisset eis. Et cum ve nisset ad turbã accessit ad eum hõ genibus puolutus ante eũ dicens Dñe miserere filio meo: quia luna ticus est et male patitur. Nam se pe cadit in ignem et crebro i aquã et obtulit eũ discipulis tuis et nõ potuerũt curare eũ. Respondens autẽ iesus ait. O generatio incre= dula & puersa: quosq̧ patiero? vo= biscum vsqꝫ quo patiar vos? Affer te huc illum ad me. Et icrepauit eum iesus: et exiit ab eo demoniũ et curatus est puer ex illa hora

¶ Dñica quinta. Ad missã. Officiũ

Exaudi domine vocẽ me= am qua clamaui ad te: adiutor meus esto ne de linquas me neqꝫ despici as me deus salutaris meus. Ps. Dñs illuminatio mea & salus mea quem timebo? Gloria. Oratio.

Da nobis q̃s domie vt & mun
di cursus pacifice nobis tuo
ordine dirigat: & ecclesia tua tran
quilla deuotione letet. Per dñm.
Lectio ep̃le beati petri ap̃li. i. iij.
Carissimi: Om̃es vnanimes
in orõne estote: cõpatientes
fraternitatis amatores/misericor
des/modesti /humiles. Non red
dẽtes malũ pro malo: vel maledi=
ctũ p maledicto s; ecõtrario bñdi
cẽtes. Qr i hoc vocati estis. vt bñ=
dictionem hereditate possideatis
Qui eni vult vitã diligẽ et vidẽ di
es bonos: coerceat linguã suam a
malo: & labia ei9 ne loquant dolũ
Declinet autẽ a malo et faciat bo=
num: inquirat pacẽ & sequatur eã
Qr oculi dñi sup iustos: et aures
eius in preces eorum Uultus autem
dñi: super facientes mala Et q̃s
est q nobis noceat / si boni emula
tores fueritis? Sed & si qd patimi
propter iusticiã beati. Timorẽ aũt
eorũ ne timueritis: vt nõ cõturbe
mini. Dñm aũt xp̃m sanctificate:
i cordibus vestris. Gr. Protector
noster aspice deus: & respice super
seruos tuos. V. Dñe deus virtutũ
exaudi p̃ces seruorum tuorum. All. V. In
te dñe spaui nõ cõfũdar i eternũ: i
tua iusticia libera me et eripe me/
inclina ad me aurẽ tuã accelera vt
eripias me. Secũdum lucam. v. c
In illo tpe: Cum turbe irrue
rent ad iesũ vt audirent ver=
bũ dei: et ipse stabat secus stagnũ
genezareth. Et vidit duas naues
stantes secus stagnum: piscatores
autẽ descenderant et lauabant re
thia. Accedens autem in vnã naui
que erat symonis rogauit eum vt
a terra reduceret pusillum. Et se=
dens: docebat de nauicula turbas
Ut cessauit aũt loqui: dixit ad sy=
monẽ. Duc in altum: et laxate re=
thia vestra in capturã. Et respon
dens symon: dixit illi. Preceptor/
per totã noctez laborantes nichil
cepimus in verbo aũt tuo laxabo
rethe. Et cũ hoc fuissent / concluse
runt pisciũ multitudinẽ copiosaz.
Rumpebat aũt rethe eorum: & annu
erunt socijs qui erant in alia na=
ui/vt venirent et adiuuarent eos
Et venerunt/et ipleuerũt ambas
nauiculas: ita vt pene mergeren=
tur. Quod cum videret symon pe
trus: pcidit ad genua iesu dicens
Exi a me quia homo pctõr sum do
mine. Stupor eni circundederat
eũ: et om̃es qui cũ illo erant in ca=
ptura pisciũ quã ceperant. Simi=
liter autẽ iacobũ et iohannẽ filios
zebedei: q erant socij symonis. Et
ait ad synmonẽ ies9. Noli timere:
ex hoc iã hoĩes eris capiẽs Et sub=
ductis ad terrã nauib9: relictis oĩ
bus secuti sunt eũ. Offr. Bñdicaz
dñm q tribuit michi itellectũ: pui
debã deũ i cõspectu meo sẽper qm
a dextris e michi ne cõmouear. Se
Ascendat q̃s dñe preces hu=
militatis nostre in conspe=
ctu clementie tue: et descẽdat sup
hec oblata virtus tue diuinitatis
quam nostris quoq; purificandis
mẽtibus largiaris. P. d. Cõ. Unã
petij a dño hãc reqrã vt inhitẽ i do
mo dñi oib9 dieb9 vite mee. P9cõ.
Mysteria nos dñe q̃s scta pu=
rificẽt: & suo munere tueant
Per. Fe. iiij. Ad thimoteũ. i. ij. c
Carissime: Obsecro primum
oim fieri obsecrationes/orõ
nes/postulationes grãrum actio
nes pro oibus hoibus. Pro regi=
bus et omibus qui insublimitate
sunt cõstituti: vt quietã et trãquil
lam vitã agamus in om̃i pietate

et castitate Hoc eni bonū est et acceptuȝ corā saluatore nostro deo: qui oēs hoīes vult saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire Unus eni deus vnus et mediator dei et hoīm/hō xps ies⁹ qui dedit redēptionē semetipsuȝ pro oībus Cuius testimonium tpibus suis confirmatū est: in quo posit⁹ sum ego predicator et apl's Ueritatem dico non mentior doctor gentium in fide et veritate. S. luca. viij ca.

In illo tpe: Factuȝ est in vna dierū: et iesus ascendit in naviculaȝ et discipuli eius. Et ait ad illos Transfretem⁹ trās stagnum Et ascēderūt. Nauigantibus autem illis: obdormiuit. Et descendit procella venti in stagnū: ⁊ compellebantur fluctibus et periclitabantur. Accedentes aūt: suscitauerunt eum dicentes Preceptor perimus. At ille surgēs icrepauit ventum et tēpestatem aque ⁊ cessauit Et fctā est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vr̄a? Qui timentes: mirati sunt ad inuicem dicentes. Quis putas hic est? Qr vētis iperat et mari: et obediūt ei

¶ Dñica sexta ad missā. Officium

Dominus fortitudo plebis sue ⁊ protector salutariū christi sui est: saluum fac populum tuuȝ dñe et benedic hereditati tue / et rege eos vsq̧ in seculum. ps. Ad te dñe clamabo deus me⁹ ne sileas a me: nequādo taceas a me et assimi labor descendentibus in lacū. Or

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti: infande cordibus nostris tui amoris affectū: vt te i omibus et super omia diligentes: promissiones tuas que omē desideriū superant ꝯsequamur. Per. Ad romanos. vi. ca

Fratres: Quicunq̧ baptizati sumus in xp̄o iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti eni sumus cū illo per baptismū in morteȝ: vt quō surrexit xps a mortuis per gloriam pr̄is/ita et nos in nouitate vite ambulemus Si eni ꝯplātati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectiōis erim⁹. Hoc sciētes: qr vetus hō noster simul crucifixus est vt destruat corpus pcti: vt vltra non seruiamus pctō. Qui eni mortu⁹ est: iustificatus est a pctō. Si aūt mortui sum⁹ cū xp̄o credimus quia simul etiā viuem⁹ cum xp̄o. Sciētes q xps resurgens ex mortuis iā nō morit: mors illi vltra nō dñabitur. Qd eni mortuus est pctō: mortuus est semel. Quod autem viuit: viuit deo Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse pctō: viuētes aūt deo. In xp̄o iesu dño nr̄o. Gr. Cōuertere dñe aliquātulū ⁊ depcare super seruos tuos. V. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a gn̄atiōe ⁊ ꝓgenie. Al. V. Eripe me de iimicis meis de⁹ meus ⁊ ab isurgētib⁹ i me libera me. Se.

In illo tpe: Dixit (math. v. iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abundauerit iusticia vr̄a plusq̄ scribarū et phariseorū: nō itrabitis in regnū celorꝫ Audistis qr dictū est antiqs: non occides. Qui aūt occiderit: re⁹ erit iudicio. Ego autē dico vobis: qr oīs qui irascit fratri suo / reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: reus erit cōsilio. Qui autē dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers mun⁹ tuum ad altare: et ibi recordatus fueris qr frater tu⁹ habet aliquid aduer

sum te/relinq̄ ibi mun⁹ tuū ante altare/et vade p̄rius reconciliari fratri tuo. Et tūc veniens: offeres mun⁹ tuū. Offer. Perfice gress⁹ meos i seit; tuis vt nō moueant vestigia mea iclia aurē tuā ꝗ exaudi ver ba mea mirifica mias tuas q̄ saluos facis sperātes i te dñe. Secre.

PRopiciare dñe supplicationibus nostris: et has oblationes famulorū tuoꝝ benignus assume: vt qđ singli obtulerunt ad honorē cui nomis/cunctis p̄ficiat ad salutē. Per. Coio. Circuibo ꝗ i molabo i tabernaclo ei⁹ hostiā iubilatōis cātabo ꝗ psalmū dicā dño. P⁹co.

QUos celesti dono dñe satiasti p̄sta q̄s vt a nr̄is mūdemur occultis: et ab hostiū liberemur insidiis. Per. ¶ Feria. iiii. Lectio ep̄le beati iohānis ap̄li. c. ii.

CAríssimi: Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatē sed quasi sciētibus eā qm̄ omē mendacium ex v̄itate nō est. Quis est mēdax nisi is q̄ credit qm̄ iesus non est xp̄s. Hic est antixp̄s: q̄ negat patrem et filiū. Ois qui negat filiū: nec patrem habet. Qui autē confitet filiū et patrē habet. Uos qđ audistis ab initio: in vobis permaneat. Quod si in vobis permāserit qđ audistis ab initio: et vos in filio et patre permanebitis. Et hec est repromissio: quā ip̄e pollicitus est vobis vita et̄na. S. mar. x.

IN illo tp̄e: Cum egressus esset iesus in via p̄currēs qui dā genuflexo ante eū: interrogabat eū dicēs Magister bone: quid faciā vt vitā eternā accipiam? Iesus aūt dixit ei. Quid me dicis bonū. Nemo bonus nisi solus deus Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne adulteres/ne occidas/non fureris/non falsū testimonium dixeris/ne fraudem feceris/honora patrē tuum et matrē. Et ille rñdens ait illi. Magister hec oīa obseruaui a iuuētute mea. Iesus autē intuitus eum dilexit eum et dixit ei. Unum tibi deest. Uade: vende quecunq; habes et da pauperib⁹: et habebis thesaurum i celo: ꝗ veni sequere me. ¶ Dñica. viii. Offi.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ps. Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nr̄is. Or.

DEus virtutum cuius est totum quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis/et presta in nobis religionis augmētum: vt que sūt bona nutrias: ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dominum. Ad romanos. viii. cap.

FRatres Humanū dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut eni exhibuistis mēbra vestra seruire immundicie et iniq̄tati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vr̄a seruire iusticie i sāctificationē. Cū eni serui essetis pcti: liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tūc i illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illoꝝ: mors est. Nunc vero liberati a pctō: serui autē facti deo. Habetis fructum vestrū i sctīficationē finem vero vitā eternā Stipendia eni pcti mors. Gratia autem dei: vita eterna. In xp̄o iesu dño nr̄o. Gr. Ueite filii audite me timorē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū ꝗ illumiami: ꝗ facies vr̄e nō cōfundent. Alla. ℣. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votū i hierl'm. Scdm̄ marcū. viii.

IN illo tpe: Cū turba multa esset cū iesu nec haberent qđ manducarent: cōuocatis discipulis ait illis Misereoꝛ super turbā qꝛ ecce iā triduo sustinent me/nec habent quod mādūcent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā deficient in via. Quidā eni ex eis de longe venerunt Et respōderūt ei: discipuli sui. Unde istos poterit qs hic saturare panibus in solitudine? Et introgauit eos. Quod panes habetis? Qui dixerūt. Septem. Et precepit turbe: discūbere super terrā. Et accipiens septē panes: gratias agens fregit. & dabat discipulis suis /vt apponerent: Et apposuerūt turbe. Et habebāt pisciculos paucos: et ipsos benedixit/et iussit apponi. Et mā ducauerūt et saturati sunt. Et sustulerunt qđ superauerat de fragmentis. septē spoꝛtas. Erant autem qui manducauerunt quasi qt tuoꝛ milia/et dimisit eos. Offer. Sicut in olocaustū arietū et tauroꝝ & sicut ī milib⁹ agnoꝝū piguiū sic fiat sacrificiū nostrū ī cōspectu tuo hodie vt cōplaceat tibi qꝛ nō ē cōfusio cōfidētib⁹ in te dñe. Secr

PRopiciare domine supplicationibus nostris: et has oblationes ppl'i tui benignus assume et vt nullius sit irritū votum nullius vacua postulatio p̄sta q̄s: vt quod fideliter petimus: efficaciṫ ꝯsequamur Per. Cō Inclina aurē tuā accelera vt eruas nos p⁹cō

REpleti dñe muneribus tuis tribue q̄s: vt eoꝛum mundemur effectu/& muniamur auxilio Per. ¶ Fe.iiii. Ad romanos:viii.

FRatres. Nichil nunc dannationis est his qui sunt in xp̄o iesu qui non scđm carnē ambulāt Lex eni sp̄us vite in chꝛisto iesu: liberauit me a lege pcti et moꝛtis. Nam qđ īpossibile erat legi: ī quo infirmabatur per carnē deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis pcti. Et de pctō dānauit peccatū in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. qui non secūdū carnē ambulamus/sed secūdū spiritū. Qui eni secundū carnē sunt que carnis sunt sapiūt. Qui vero secundū spiritū sunt: que sūt sp̄us sentiunt. Nam pꝛudentia carnis moꝛs est. Pꝛudentia aūt sp̄us vita et pax. In chꝛisto iesu: domino nostro. Secundum matheum.xii

IN illo tpe: Abiit iesus sabbato per sata: discipuli autē eius esurientes/ceperūt euellere spicas et manducare Pharisei autem videntes: dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciunt: quod non licet eis facere sabbatis At ille dixit eis Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit: & qui cū illo erant Quō intrauit in domū dei: et panes ꝑpositiōis comedit quos non licebat eis edere/neqꝫ his qui cū eo erant/nisi solis sacerdotibus Aut non legistis in lege: qꝛ sabbatis sascerdotes in tēplū sabbatū violant: et sine crimine sunt? Dico autē vobis: qꝛ templo maioꝛ est hic. Si autē sciretis quid est miaꝫ volo et nō sacrificiū: nūq̄ ꝯdēnassetis inocentes. ¶ Dñica viii off

SUscepimus deus misericoꝛdiam tuā ī medio templi tui scđm nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. ps. Magn⁹ dñs & laudabilis nimis ī ciuitate dei nr̄i in monte scō eius. Oratio.

DEus cuius pꝛouidentia in

cui dispositione nō fallitur te sup plices exoramus: vt noxia cuncta submoueas / et oia nobis profutu ra cōcedas. p. Ad romanos. viii. c.

Fratres: Debitores sumus non carni: vt secundū carnē viuamus. Si eni secūdum carnē vixeritis. morie mini. Si autē spi ritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quicūqz ei spū dei agun tur hi sunt filii dei. Non eni acce pistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū ado ptionis filiorum dei: in quo clama mus abba pater. Ipse eni spirit⁹ testimoniū reddit spiritui nostro: q sumus filii dei. Si autem filii. et heredes. Heredes quidem dei coheredes āt xpi. Gr. Esto michi in deū ptectorē et in locū refugij vt saluū me facias. V. De⁹ i te spa ui dn̄e no cōfūdar in eternū. Alla. V. Attendite popule meus in legē meam. Secūdū matheum. vii. c.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrin secus autē sūt lupi rapaces. A fru ctibus eorū cognoscetis eos. Nū quid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis ar bor bona: fructus bonos facit Mala autē arbor fructus malos facit Non potest arbor bona fru ctus malos facere: neqz arbor ma la fructus bonos facere. Omis ar bor que non facit fructum bonum excidetur et in ignē mittetur. Igi tur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Non ois qui dicit michi dn̄e dn̄e: intrabit in regnum celorū: sed qui facit voluntatem patris mei q in celis est / ipse intrabit in regnū celorū. Off. Ppl'm hūilē saluū fa cies dn̄e et oculos supborū hūiliabis qm̄ quis deus pter te dn̄e. Secre.

Deus qui legaliū differenti as hostiarum vnius sacrifi cii perfectione sanxisti: accipe sa crificium a deuotis tibi famulis oblatū et pari benedictione sicut munera iusti abel sanctifica: vt qd̄ singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorē cūctis pficiat ad salu tem. p. d. Cōio. Gustate et videte qm̄ suauis est dominus beatus vir qui sperat in eo. Postcōio.

Tua nos domie medicinalis operatio et a nostris peruersitati bus clementer expediat: et ad ea que sunt recta perducat. Per do.

¶ Feria. iiii. Ad romanos. v. capi.

Fratres: Commendat deus suam caritatē in nobis: qm̄ cū adhuc pctōres essemus secun dū tēpus xp̄s pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustifica ti nunc in sanguine eius: salui eri mus ab ira per ipsum. Si enim cū inimici essemus reconciliati sum⁹ deo per mortem filii eius: multo magis reconsiliati salui erimus i vita ipsius Non solum autem sed et gloriamur in domino. Per iesū xp̄m dn̄m nr̄m. Secūdū marcū. ix

In illo tempore Dixerunt di scipuli ad iesum. Magister vidimus quendā in noīe tuo eiici entem demonia et phibuimus eū quia non sequit nos. Iesus autē ait illis. Nolite prohibere eū. Ne mo est eni qui faciat virtutē in no mine meo et possit cito male loqui de me. Qui enim nō est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis eni potū dederit vobis calicem aq̄ fri gide in nomine meo quia xp̄i estis amen dico vobis non perdet mer cedem suā. Et quicūqz scandaliza

uerit vnū ex his pusillis credentibus in me bonum est ei magis si circūdaret mola asinaria in collo eius et i mare mitteretur Et si scādalizauerit te manus tua abscide illam. Bonum est tibi debilem introire in regnum dei: q̄ duas manus habentem ire i gehennam in ignē inextinguibilem/ vbi vermis eorū non moritur et ignis nō extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te: āputa illum. Bonū est tibi claudum introire in vitā eternā q̄ duos pedes habentē mitti in gehennam ignis inextiguibilis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te erue eū Bonum est ibi luscū introire in regno dei: q̄ duos oculos habētem mitti in gehennā ignis. Ubi vermis eorū nō moritur: et ignis nō extinguit.

¶ Dñica nona. Ad missam. Offm.

Ecce deus adiuua me et dñs susceptor est anime mee auerte mala inimicis meis et in veritate tua disperde illos protector meus dñe. ps. Deus i noie tuo saluū me fac et in virtute tua iudica me Or.

Largire nobis dñe q̄s semper spiritū cogitandi que recta sunt ꝓpicius et agēdi: vt q sine te esse non possumus: scdm te viuere valeamus. p. Ad corinthios. i. x. c.

In illo tempore: Factũ est vt intraret iesus in sinagogã: et doceret: et erat ibi homo et manus eius dextra erat arida. Obseruabant autẽ scribe et pharisei: si sabbato curaret / vt inuenirẽt vnde accusarent illum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: et ait homini qui habebat manũ aridã Surge: et sta in medio. Et surgẽs stetit. Ait autem ad illos iesus Interrogo vos si licet sabbato benefacere an male: animam saluã facere an perdere? Et circumspectis omnibus: dixit hoi. Extende manum tuã. Et extendit. Et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipiẽtia: et colloquebantur ad inuicẽ quidnã facerent de iesu. Dñica xxij. Officium

Si iniquitates obseruaueris dñe / domine quis sustinebit: quia apđ te propiciatio est de⁹ israel. Ps. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Gloria pa. Oratio.

Familiã tuam q̃sumus dñe continua pietate custodi: vt a cũctis aduersitatibus te protegente sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum nostrum Ad philippenses. i. cap.

Fratres: Confidimus in domino iesu: quia qui cepit in vobis opus bonum: perficiet vsq; in diem xpi iesu. Sicut eni est michi iustum hoc sẽtire pro omnib⁹ vobis eo ꝙ habeã vos in corde et in vinculis meis: et in defensione et cõfirmatione euangelij socios gaudij mei oẽs vos esse. Testis ei michi est deus: quõ cupiã vos oẽs esse in visceribus iesu xpi. Et hoc oro: vt caritas vestra magis ac magis abũdet in oi scientia et in omni sensu. Vt probetis potiora: vt sitis sinceres et sine offensa in diẽ xpi repleti fructu iusticie Per iesũ xpm: in gliam et laudẽ dei Gr. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocũdum habitare fratres in vnũ. V. Sicut vnguẽtũ in capite quod descendit in barbã barbã aaron. alius. versꝰ. Mãdauit dñs bñdictionẽ vitã vsq; in seculũ. Isti duo. V. dñr alternis vicibus per ebdo. quotiens de feria agitur: et si nulla feria per hãc ebd. ad hoc vacauerit / tũc scđs V. oĩno pretermittatr. Allã. Vꝰ. Qui sanat cõtritos corde: et alligat cõtrictiones eorũ. Secũm matheum. xviij. c.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: parabolam hãc. Simile est regnum celorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere: oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet: iussit eum dominus eius venundari: et vxorem eius / et filios / et omnia que habebat et reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens. Pacientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eum: et debitũ dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille: inuenit vnũ de conseruis suis qui debebat ei centum denarios / et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens cõseruis eius

rogabat eũ dicens. Patientiã ha be in me: et omnia reddã tibi. Ille autẽ noluit: sed abijt et misit eum in carcerem / donec redderet debitũ. Uidentes autẽ conserui eius q̃ fiebant cõtristati sunt valde: et venerunt & narrauerũt domino suo omnia que facta fuerant. Tũc vocauit illũ dñs suus: et ait illi. Serue nequã omẽ debitũ dimisi tibi qm̃ rogasti me Nõne ergo oportuit & te misereri cõserui: tui sicut et ego tui misert⁹ sũ? Et iratus dñs eius tradidit eũ tortoribus: quoadusq̃ redderet vniuersũ debitũ. Sic et pater meus celestis faciet vobis: si nõ remiseritis vnusquisq̃ fratri suo: de cordibus vestris. Offer. Recordare mei dñe oĩpotentatui dominãs dat sermonem rectum & benesonantem in os meum: vt placeant verba mea in conspectu prin-

Suscipe dñe ℂ cipuum. Secr. Spropicius hostias quibus et te placari voluisti: & nobis salutẽ potenti pietate restitui. Per dñm Coio Dico vobis gaudium et angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Postcommunio

Immortalitatis alimoniam cõsecuti q̃s dñe vt qđ ore percepimus pura mẽte sectemur. per

ℂ Feria.iiij. ad romanos.iij.cap.

Fratres: Scimus qm̃ quecũq̃ lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur / vt omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo / q̃ ex operibus legis non iustificabitur oĩs caro coram illo Per legẽ eni: cognitio peccati Nũc aũt sine lege iusticia dei manifesta: est testificata a lege et prophetis. Iusticia autẽ dei per fidem iesu xp̄i in oẽs et super omnes qui credunt in eum Non eni est distinctio. Oẽs enĩ peccauerunt: & egẽt gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsi⁹ per redẽptionẽ que est in xp̄o iesu: quẽ proposuit deus propiciatorẽ per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusticie sue propter remissionẽ precedentiũ delictorũ in sustentatione dei ad ostensionẽ iusticie eius in hoc tempore. Ut sit ipse iustus et iustificãs eum: qui ex fide est iesu christi Secũdum marcum.xi.capitu.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis Amen dico vobis quia si quis dixerit huic monti tollere et mittere in mare et non hesitauerit in corde suo: sed crediderit quia quodcũq̃ dixerit fiat / fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quecunq̃ orantes petitis: credite quia accipietis / et venient vobis Et cũ stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt et pater vester qui in celis est dimittat vobis pctã vestra Quod si non dimiseritis: nec pater vester qui in celis est / dimittet vobis peccata vestra. ℂ Dominica vicesima tercia. Officium.

Dicit domin⁹ ego cogito cogitatiões pacis et nõ afflictiõis / inuocabitis me & ego exaudiã vos et reducã captiuitatẽ vr̃az de cũctis locis. Ps. Bñdixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatẽ iacob Gloria. Oratio

Deus refugiũ nostrũ et virtus: adesto pijs ecclie tue precibus auctor ipse pietatis / et presta: vt quod fideliter petimus / efficaciter consequamur. Per dominum no. Ad philippenses.iij.c.

Fratres: Imitatores mei estote et obseruate eos qui

ovatio ab [illegible] Euangelium [illegible]
[illegible]

ita ambulant sicut habetis formā nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebā vobis: nunc autem et flens dico inimicos crucis xp̄i. Quorum finis interitus: quorum deus venter: est et glia in confusione eorū qui terrena sapiunt. Nostra autē conuersatio: in celis est. Unde etiā saluatorē expectamus dn̄m nr̄m iesū xp̄m: q̄ reformabit corpus huīlitatis nr̄e cōfiguratum corpori claritatis sue secūdū operationē qua possit etiā subijcere sibi oīa. In xp̄o iesu dn̄o nostro Grad. Liberasti nos domine ex affligentibus nos & eos qui nos oderunt confudisti. V. In deo laudabimur tota die: et nomini tuo cōfitebimur i secula. Alleluya. V. Qui posuit fines tuos pacē: & adipe frumenti satiat te. S. matheū. xxij. c.

In illo tempore: Abeuntes pharisei consilium inierunt vt caperent iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos: cum herodianis dicentes Magister scimus q2 verax es et viam dei in veritate doces/ et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet censum dari cesari/ an non? Cognita autem iesus nequicia eorū: ait. Quid me tentatis hypocrite? Ostendite michi nūmisma census? At illi obtulerunt ei denariū Et ait illis iesus. Cuius est ymago hec et superscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis iesus. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Offer. De profundis clamaui ad te domine: dn̄e exaudi orationem meam. Secreta.

Sacris nos dn̄e q̄s seruitijs fac intentos: et vt sine vlla tibi offensionis macula famulemur quales esse percipis ipse nos pfice. P dn̄. Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcommunio

Sumpsimus dn̄e sacri dona mysterij humiliter deprecantes: vt que in tui cōmemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiāt infirmitatis auxilium. P dn̄.

Feria .iiij. Ad romanos. v. cap.

Fratres Si eni in vnius delicto mors regnauit p vnum hoīem: multomagis abundantiā gratie et donationis et iusticie accipientes in vita regnabunt per vnū hominem iesum xp̄m Igitur sicut per vnius delictū in omnes homīes in condennationē: sic per vnius iusticiā in omnes hoīes in iustificationem vite Sicut eni per inobedientiā vnius hoīs pctōres constituti sunt multi: ita & per vnius obedientiā iusti cōstituuntur multi. Lex enim subintrauit: vt abundaret delictū. Ubi aūt abundauit delictū: superabundauit et gratia. Ut sicut regnauit peccatū in mortē: ita et gratia regnet per iusticiā in vitam eternā. Per iesū xp̄m: dn̄m nostrū. S. math. xvij. c.

In illo tēpore: Cum venisset iesus & discipuli eius capharnaum. accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum/ & dixerūt ei. Magister vester non soluit didragma? Ait. Etiam. Et cum intrasset domum: preuenit eum iesus dicens. Quid tibi videtur symon? Reges terre a quibus accipiūt tributum vel censum: a filijs suis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filij? Ut autem nō scandalizemus eos vade ad mare et

mitte hamum: ⁊ eum piscem qui primus ascẽderit tolle / et aperto ore eius inuenies staterem. Illum sumens: da eis pro me et te.

¶ Dñica xxiiij. Ad missam Officiũ

Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis ⁊ non afflictionis / inuocabitis me ⁊ ego exaudiã vos et reducã captiuitatẽ vestrã de cunctis locis. ps. Benedixisti dñe terrã tuam: auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

Absolue q̃s dñe tuorum delicta populorũ: et a pctõꝝ nostrorũ nexib⁹ que pro nostra fragilitate contraxim⁹ / tua benignitate liberemur. Per do. Ad colocenses.i.

Fratres: Non cessamus pro vobis orantes et postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis dei in omĩ sapientia et intellectu spirituali: vt ãbuletis digne deo per oĩa placentes. In oĩ opere bono fructificantes: et crescentes in scientia dei. In omni virtute confortati: secundũ potẽtiam claritatis eius. In omĩ patientia ⁊ longanimitate cũ gaudio In xpo iesu: dño nostro. Gr. Liberasti nos dñe ex affligẽtibꝫ nos ⁊ eos qui nos oderũt cõfudisti. ꝟ. In deo laudabimur tota die ⁊ noĩ tuo cõfitebimur in secula. Allã. ꝟ. Dñe de⁹ me⁹ i te speraui saluũ me fac ex oĩbus persequentibus me ⁊ libera me. Secundũ matheum.ix.

In illo tẽpore: Loquente iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit / ⁊ adorauit eũ dicẽs Domine / filia mea modo defuncta est: sed veni impone manũ tuam sup eam / et viuet. Et surgens iesus sequebatur eum: et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxũ patiebatur duodeci annis: accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enĩ intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius salua ero. At iesus conuersus et videns eam: dixit. Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora. Offer. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam. Secre.

Purificet nos dñe q̃s muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatiõe pficiat. P. Cõio Amen dico vobis q̃cq̃d orãtes petitis credite / q꞉ accipietis et fiet vo(bis. P⁹cõ.

Sumentes dñe do na celestia q̃s: vt nõ nobis ꝑuenire ad iudicium patiaris quod tuis fidelib⁹ ad remediũ ꝓuidisti. Per. ¶ Fe.iiij. Ad corinthios.i.x.ca

Fratres: Nolo fieri vos socios demoniorum. Non potestis calicem dñi bibere: et calicẽ demoniorum. Non potestis mense dñi participes esse: et mense demoniorũ An emulamur dominũ? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia michi licent: sed non oĩa expediũt. Omnia michi licent: sed non omnia edificãt. Nemo quod suum est querat: sed quod alterius. Omne quod in macello venit manducate: nichil interrogantes propter consciẽtiam Dñi est terra et plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cenã et vultis ire: oẽ quod vobis apponit mãducate / nichil interrogantes propter conscientiã. Si quis autẽ dixerit hoc imolaticium est ydolis: nolite manducare propter illum qui indicauit / et propter conscientiam. Conscientiã autẽ dico: non tuam sed alterius. Ut quid enim

libertas mea: iudicatur ab aliena conscientia? Si eni ego cũ gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo mãducatis siue bibitis vel aliud quod facitis: omnia in gloriam dei facite. Secundum matheu .xxi. cap

In illo tpe: Dixit iesus turbis iudeorũ. Homo quidam habebat duos filios: et accedens ad primũ: dixit. Fili / vade hodie operari: in vineã meã. Ille autẽ respondens / ait. Nolo Postea autem penitẽtia motus: abijt. Accedens autẽ ad alterũ: dixit similiter. At ille respõdens: ait. Eo dñe et non iuit Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei. Primus. Dixit illis iesus. Amen dico vobis: quia publicani et meretrices precedẽt vos in regno dei. Uenit eni ad vos iohãnes in via iusticie: et non credidistis ei. Publicani autẽ et meretrices: crediderũt ei. Uos autẽ videntes: nec penitẽtiam habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. Dñica proxima ante aduentum domini. Officium

Dicit dñs ego cogito cogitationes pacis et nõ afflictionis inuocabitis me et ego exaudiã vos et reducã captiuitatẽ vestrã de cũctis locis. P. Bñdixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Oratio

Excita qs dñe tuorũ fidelium voluntates: vt diuini opis fructũ propensius exequẽtes: pietatis tue remedia maiora percipiãt Per. Lectõ hieremie pphete .xxiij

Ecce dies veniunt dicit dñs: et suscitabo dauid germen iustum: et regnabit rex et sapiens erit / et faciet iudiciũ et iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda: et israel habitabit confidẽter. Et hoc est nomẽ quod vocabũt eũ: dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dñs: et nõ dicẽt vltra viuit dñs qui eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dñs qui eduxit et adduxit semen domus isrl de terra aquilonis. et de cunctis terris ad quas eieccrã eos illuc. Et habitabunt in terra sua dicit dñs ops. Gr. Liberasti nos dñe ex affligẽtibus nos: et eos qui oderunt confudisti. V. In deo laudabimur tota die et in noi tuo confitebimur in secula. All. V. Timebũt gẽtes nomẽ tuum dñe: et oẽs reges terre gliam tuam. Per. eõs qui de terra agit dicitur istud. Alleluya. V. In exitu israel de egypto / domus iacob de pplo barbaro. vel. All. V. Confitebor tibi dñe in toto corde meo: et in conspectu angelorum psallã corã te. Scdz iohãnem. vi.

In illo tẽpore: Cũ sublevasset oculos iesus et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum. Unde emẽmus panes: vt manducẽt hi? Hoc autẽ dicebat: tentans eum. Ipse eni sciebat: quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dixit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos: et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tãtos? Dixit ergo iesus. Facite hoies discũbere Erat aũt fenũ multũ i loco Discubuerũt ergo viri: nũero quasi quinque milia Accepit ergo iesus panes: et cum gratias egisset distribuit discũbentibus.

Similiter et ex piscibus q̃tum vo lebant. Ut autẽ impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerũt fragmenta: ne pereant. Collegerũt ergo ꝛ impleuerũt duodeci cophinos fragmẽtoꝝ: ex quinq panibus oꝛdeaceis et duobus piscibus / q̃ supfuerũt his qui manducauerant. Illi ergo hoies cum vidissent qđ fecerat signũ: dicebant. Qꝛ hic est vere ꝓpheta: q̃ vẽturꝰ est i mũdũ. Offer. Depꝛofũdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi oꝛationem meam. Secreta.

Sacrificium tibi dñe celebꝛandũ placatꝰ itẽde qđ ꝛ nos a vicijs nr̃e cõditionis emũdet: et tuo noi reddat acceptos. p. Cõ. Amẽ dico vobis q̃cqđ oꝛãtes petitis credite qꝛ accipietis et fiet vobis. P⁹cõ.

Anime nostre quesumꝰ oꝑs deus diuino munere satiatehoc potiant desiderio: vt a tuo spũ inflãmati ante cõspectũ veni entis xp̃i filij tui velut clara luiaria fulgeamus. Qui tecum eiusdẽ

Cũ plura fuerit tp̃s inter inceptionẽ hystorie. Deus oim. et aduentũ dñi. Offm. Dicit dominus per tres dñicas cantet vt notatũ est. Cũ vero bꝛeue fuerit tp̃s / semp ꝑma dñica ante aduentũ q̃n de dñica agit cantet Dicit dñs cũ oꝛatione. Excita q̃s dñe Ep̃la. Ecce dies veniunt Euãgel. Cum subleuasset Si vero dñica non vacauerit: tũc i fe. vno loco per ebđ. cãtetur. Cete verõ dñice q̃ remanserint in ferialibus diebꝰ cãtẽtur

Feria. iiij. quattuoꝛ tempoꝛum mensis septembꝛis. Officium.

Exultate deo adiutoꝛi nostro iubilate deo iacob sumite psalmum iocundum cũ cythara: canite initiũ mensis turba: qꝛ pꝛeceptũ i isrł est ꝛ iudiciũ deo iacob. Ps. Testimoniũ i ioseph posuit illđ cum exiret de terra egypti nõ dicit versus Glo̾ia. Dñs vo. Et cũ. Oꝛeᵒ.

Misericoꝛdie tue remedijs q̃sumꝰ dñe fragilitas nostra subsistat: vt que sua ꝯditione atteritur: tua clementia reparet. p. dñm. Lectio amos pꝛophete. ix.

Hec dicit dñs: Ecce dies veniunt et compꝛehendet aratoꝛ messoꝛẽ: et calcatoꝛ vue mittẽtem semen. Et stillabunt mõtes dulcedinẽ: et oẽs colles culti erũt Et conuertã captiuitatẽ ꝑpli mei israel: et edificabunt ciuitates desertas / et habitabunt in eis. Et plantabunt vineas: et bibent vinum earũ. Et faciẽt oꝛtos: ꝛ comedẽt fructꝰ eoꝝ. Et plãtabo eos super humũ suã: ꝛ nõ euellã eos vltra de terra sua quã dedi eis. Dicit dñs oꝑs. Gr. Uenite filij audite me: timoꝛẽ dñi docebo vos. V. Accedite ad eum et illuiami: ꝛ facies vr̃e nõ cõfundent. nõ repetat. gr. Hic dr. Dñs vo. Et. Oremus. Oꝛ.

Presta q̃s domie familie tue supplicanti: vt dum a cibis coꝛpoꝛalibus se abstinent: a vicijs quoq mente ieiunent. Per dñm. Hic dicuntur memoꝛie consuete

Lectio libꝛi esdꝛe. ꝯ. viij. ca.

In diebus illis: Cõgregatꝰ est omis populus quasi vir vnus ad plãteã que est ante poꝛtã aquarũ. Et dixerunt esdꝛe scribe vt afferret libꝛũ legis moysi: quam pꝛecepit dñs israeli. Attulit autem esdꝛas sacerdos libꝛũ coꝛã multitudine viroꝛũ ac mulierũ cũctisq q̃ poterant intelligere: in die pꝛima mẽsis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante poꝛtam

aquarū a mane vsq₃ ad mediā di-em: in conspectu viroꝝ ac mulie-rum et sapientiū. Et aures om̄is populi. erant erecte ad librū. Ste-tit autē esdras scriba super gra-dum ligneū quē fecerat ad loquē-dū: et steterunt iuxta eū. Et ape-ruit esdras librū corā om̄i popu-lo: super vniuersum quippe popu lum eminebat. Et cum aperuisset eum stetit oīs pp̄ls / et benedixit esdras dn̄o deo voce magna. Et respondit omnis populus: amen Eleuantes autem oēs populi ma nus suas: incuruati sunt / et ado-rauerunt deū proni in terrā. Por ro leuite silentiū faciebant in po-pulo: ad audiendā legē. Populus autem stabat: in gradu suo. Et le-gerunt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligendū: et intel lexerunt cū legeretur. Dixit autē neemias sacerdos et esdras scri-ba et leuite: interpretantes vni-uerso populo. Dies sanctificatus est dn̄o deo nostro: nolite lugere et nolite flere. Flebat enim oīs po pulus: cū audiret verba legis. Et dixit eis. Ite comedite pinguia et bibite mulsum: et mittite partes eis qui non preparauerūt sibi: q₂ sanctus dies dn̄i est / et nolite con-tristari Gaudium etenim dn̄i est: fortitudo vestra. Grad. Quis si-cut dn̄s de⁹ noster qui ī altis habi tat ⁊ hūilia respicit ī celo ⁊ ī t̄ra. V Suscitans a terra iopem: ⁊ de ster core erigens pauperem. Repetat grad. Secundum marcum. ix. ca.

In illo tempore. Respondēs vnus de turba: dixit ad ie-sum. Magister / attuli filium me-um ad te habentem spiritū mutū quibbicunq₃ eū apprehenderit: al lidit eum et spumat et stridet den tibus et arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illum: et non po-tuerunt. Qui respondēs eis: dixit O gn̄atio incredula / q̄diu apud vos ero: q̄diu vos patiar? Affer-te illum ad me. Et attulerunt eum Et cum vidisset eum: statim spiri-tus conturbauit eum. Et elisus in terram: volutabat spumans. Et ī terrogauit iesus: patrem ei⁹ Quā tum tēporis est: et quo ei accidit? At ille ait. Ab infātia. Et frequen ter eum in ignem et in aquā misit vt eum perderet. Sed si quid po-tes adiuua nos: misertus nostri. Jesus autē ait illi. Si potes cre-dere: oīa possibilia sunt credenti. Et cōtinuo exclamans pater pue-ri: cum lachrymis aiebat. Credo dn̄e: adiuua incredulitatē meam. Et cū videret iesus concurrentem turbam: comminatus est spiritui immundo / dicēs illi Surde ⁊ mu te spiritus: ego tibi precipio exi ab eo / et amplius ne introeas ī eum Et clamans et multum discerpēs eum: exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent q₂ mortuus est Jesus autem tenens manum eius eleuauit eū: et surre xit. Et cum introisset in domū: di-scipuli eius secreto interrogabāt eum. Quare nos non potuimus eijcere eū? Et dixit illis Hoc gen⁹ ī nullo potest exire: nisi ī oratione et ieiunio. Off. Meditabor ī mā datis tuis que dilexi valde et leua bo manus meas ad mandata tua que dilexi Secreta.

Deus qui de his terre fructi-bus tua sacramenta constare vo-luisti: presta q̄s / vt per hec opem nobis et presentis vite cōferas et eterne. Per do. Cō. Comedite pi guia ⁊ bibite mulsū ⁊ mittite par

tes eis q̄ nō ꝑparauerūt sibi sctūs
ei dies dñi est nolite ꝯtristari / gau
diū ꝫ ei dñi ꝫ fortitudo vr̄a. Postc.
S Umentes dñe dona celestia
suppliciter deprecamur: vt
que sedula seruitute donante te
gerimus: dignis sensib⁹ tuo mu=
nere capiamus. Per dñm nostrū.
¶ Fe. vi. qttuor tpm. Officium.
L Etetur cor querentium
dñm / querite dñm ꝫ cō
firmamini / querite fa=
ciem eius semp. Ps. Cō
fitemini dño ꝫ inuocate nomē ei⁹:
annunciate inter gētes opa ei⁹. Or.
P Resta q̄s ops deus vt ob=
seruationes sacras annua de
uotione recolentes et corpore ti=
bi placeamus et mente. Per domi
num. Lectio osee pphete. xiiij.
H Ec dicit dñs. Cōuertere is=
rael ad dñm deū tuū: qr cor=
ruisti in iniquitate tua. Tollite
vobiscū verba et cōuertimini ad
dñm ꝫ dicite ei. Omē aufer iniqui
tatem et accipe bonū: et reddem⁹
vitulos labiorū nr̄oꝝ. Assur non
saluabit nos. Super equum non
ascendemus nec dicemus vltra:
dij nostri opera manuum nostra=
rum / quia eius qui in te est mise=
reberis populi. Sanabo contriti=
ones eorum: diligā eos spōtanee /
qr auersus est furor meus ab eis.
Ero quasi ros: et israel germina=
bit quasi lilium. Et erūpet radix
eius: vt libani ibūt rami eius. Et
erit quasi oliua gloria eius: ꝫ odor
eius vt libani. Cōuertent sedētes
in vmbra eius: viuēt tritico et ger
minabūt quasi vinea. Memoria=
le eius: sicut vinū libani. Ego ex=
audiā et dirigam: ego vt abietem
virentem ex me fruct⁹ tuus inuēt⁹
est. Quis sapiens et intelliget ista
intelligens et sciet hec? Qr recte
vie dñi: et iusti ambulabunt in eis
Gr. Cōuertere dñe aliquātulum
ꝫ deprecare sup seruos tuos. V. Dñe
refugiū fact⁹ es nob a gnatōe ꝫ p
genie. Repetatur gr. Scdm lucã vij.
I N illo tpe: Rogabat iesum
quidā phariseus: vt mandu=
caret cum illo Et ingressus domū
pharisei: discubuit. Et ecce muli=
er que in ciuitate peccatrix: vt co
gnouit qꝫ iesus accubuit in domo
pharisei: attulit alabastrum vn=
guenti. Et stans retro secus pe=
des dñi: lachrymis cepit rigare
pedes eius / et capillis capitis sui
tergebat Et osculabat pedes eius
et vnguento vngebat. Videns aūt
phariseus qui vocauerat eū: ait
intra se dicens. Hic si esset ppheta:
sciret vtiqꝫ que ꝫ qualis est mu
lier que tangit eum / qr peccatrix
est. Et respondens iesus: dixit ad
illum Symon: habeo tibi aliqd di
cere. At ille ait. Magister dic. Et
respondit ei iesus Duo debitores
erant cuidam feneratori Unus de
bebat denarios quīgētos: et ali⁹
quīquaginta Nō habentib⁹ illis
vnde redderent donauit vtrisqꝫ.
Quis ergo eum plus diligit? Re=
spondens autē symon: dixit. Esti
mo quia is cui plus donauit. At il
le dixit ei. Recte iudicasti. Et con=
uersus ad mulierem: dixit symoni
Vides hanc mulierem Intraui in
domū tuā: aquā pedib⁹ meis nō
dedisti. Hec autem lachrymis riga
uit pedes meos: et capillis suis
tersit. Osculum michi non dedisti
hec autem ex quo intrauit non ces
sauit osculari pedes meos. Oleo
caput meū non vnxisti: hec autem
vnguento vnxit pedes meos Pro
pter quod dico tibi. Remittuntur

et pctã multa: qm dilexit multum Cui autẽ min⁹ dimittit: min⁹ diligit. Dixit aũt ad illã dñs. Remittuntur tibi pctã tua. Et ceperunt qui simul discumbebant: dicere intra se. Quis est hic qui etiã peccata dimittit. Dixit aũt ad mulierẽ. Fides tua te saluã fecit: vade i pace. Offer. Benedic aĩa mea dño & noli obliuisci oẽs retributões ei⁹ & renouabit sicut aqle iuuẽt⁹ tua

Accepta tibi sint dñe (Secre qs nostri dona ieiunij: que et expiando nos tua gra dignos efficiant: et ad sempiterna promissa perducãt. Per. Co. Aufer a me opprobriũ & cõtẽptũ qr mandata tua exqsiui dñe: nã & testĩonia tua meditatio mea est Postcõio

Quesumus omps deus: vt de perceptis muneribus grãs exhibẽtes: bñficia potiora sumamus. P.

¶ Sabbato quatuor tpm. Officiũ.

Uenite adoremus deum et procidamus ante dominũ: ploremus ãte eũ qui fecit nos / qr ipse est dñs de⁹ noster. ps. Uenite exultem⁹ dño iubilem⁹ deo salutari nřo

Oẽs orationes pter vltimã dñr si ne. Dñs vo. sz tm cũ Orem⁹. Oro

Omps sempiterne deus qui per continentiã salutarẽ et corporibus mederis et mentibus maiestatẽ tuam suppliciter exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus: et presentium nobis subsidia prebeas et futura. P dominũ nostrum. Omnes lectiones cum suis titulis legantur.

Discurrant lec. et grad: hinc inde: vt supra i quattuor tpibus aduentus dñi. Lectio libri leuitici. xxiij.

In diebus illis: Locutus est dñs ad moysem dicens. Decimo die mensis huius septimi: dies expiationum erit celeberrim⁹ et vocabitur sanctus. Affligetisqz animas vestras in eo: et offeretis olocaustum dño. Omne opus seruile non facietis in tẽpore diei huius: qr dies propiciationis est vt propicietur vobis dñs deus vester. Omnis aĩa que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que operis quippiã fecerit: delebo eam de populo suo. Nichil ergo operis facietis in eo. Legitimũ sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus: et habitationibus vestris. Sabbatũ requietiõis est: affligetis aĩas vřas die nono mensis a vespere vsqz ad vesperũ celebrabitis sabbata vřa. Dicit dñs omps. Gr. Propicius esto dñe pctis nostris: neqñ dicant gentes vbi est deus eorum ỽ⁹ Adiuua nos deus salutaris noster & propter honorẽ nõis tui dñe libera nos. Nõ repetatur. gr. or.

Da nobis qs oĩpotẽs deus: vt ieiunando tua gratia satiemur: et abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per do.

Lectio libri leuitici. xxiij. capitulo

In diebus illis: Locutus est dominus ad moysem dicẽs. Quinto decimo die mensis septimi: quando congregaueritis oẽs fructus terre vestre / celebrabitis ferias domini septẽ diebus. Die primo et die octauo erit sabbatũ id est requies. Sumetisqz vobis die primo fructus arboris pulcherrime: spatulasqz palmarum et ramos ligni densarum frondium / et salices de torrente / et letabimini coram domino deo vestro: celebrabitisqz solennitatem eius septem diebus per annum

Legitimum sempiternum erit vobis: in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis et habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis qui de genere israel est manebit in tabernaculis vt discant posteri vestri q in tabernaculis habitare feceri filios israel: cũ educerẽ eos de terra egypti. Ego dñs deus vr̃. Gr. Protector nr̃ aspice deus: et respice sup seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutũ exaudi preces seruoꝝ tuorũ. Oro.

Da q̃s dñe fidelibus tuis beneficijs gratulari suppliciter imploratis: ⁊ qui ieiunijs tebenerant exhibitis/bonorum tuorũ copijs impleantur. Per dominũ.

Lectio michee pphete. vij. capl̃o

Domine deus noster pasce populũ tuũ in virga tua gregem hereditatis tue habitantem in terra in salutem iuxta dies antiquos. Videbunt gentes: et confũdentur sup omni fortitudine sua. Quis deus similis tui: qui aufers iniquitatem et transfers pctm̃ reliquiarũ hereditatis tue? Non immittet vltra furorẽ suũ: qm̃ volens miam est. Et reuertetur ⁊ miserebit nostri. Deponet oms iniquitates nostras: et proijciet in profũdũ maris oĩa pctã nostra. Dabis veritatẽ iacob: miam abrahã que iurasti prĩbus nr̃is a diebus ãtiqs dñe deus noster. Gr. Dirigat oratio mea sicut incẽsũ i cõspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinum. Oratio

Presta q̃s domine sit nos ab epulis abstinere carnalibus vt a vicijs irruentibus/pariter ieiunemus. Per dominũ nostrum.

Lectõ zacharie pphete. viij.

In diebus illis: Factum est verbum dñi ad me dicens. Hec dicit dñs deus exercituum Sicut cogitaui vt affligerem vos: cum ad iracundiam prouocassent me patres vestri et non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciã hierusalẽ et domui iuda. Nolite timere. Hec sũt enim verba: que facietis. Loquimini veritatem vnusquisqz cum proximo suo: veritatem ⁊ iudiciũ pacis iudicate in portis vestris/et vnusquisqz malum contra amicũ suum ne cogitetis in cordibus vestris / et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hec sunt: que odi dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituum: ad me dicens. Hec dicit dominus exercituũ. Ieiuniũ quarti ieiuniũ quinti et ieiunium septimi et ieiunium decimi erit domui iude i gaudium et leticiam/et solennitates preclaras. Veritatem tantum et pacem diligite: dicit dñs exercituũ. Gr. Saluum fac populum tuum domine. et benedic hereditati tue ℣. Ad te domine clamaui deus meus ne sileas a me: et ero similis descendentibus in lacum. Oratio.

Ut nos domine tribuis solẽne tibi deferre ieiunium: sic nobis quesumus indulgentie presta subsidium. Per dominum.

Lectio. v. Angelus dñi. fol. cxvi. tota legatur sicut i sabbato quatuor temporum in ebdom penthecostes. Duo clerici de secunda forma in superpellicijs ad gradum chori dicant sequentem tractum.

Omnipotẽtẽ semp adorãt Et benedicũt oẽ p euũ. Chorus idẽ repetat. Clerici. ℣. Astra polorũ cũcta hoim gens soliqz sororqz luia celi. Chorus. Omnipotentẽ

Clerici. Sic q̄q3 liphe s̄q3 supste ros pluuieq3 spūs oīs. Cho. Et be nedicūt. cleri. v. Ignis et est⁹ cauma geluq3 frigus & ardoz atq3 pzuina. ch. Oipo. cle. v. Nix glaciesq3 noxq3 diesq3 lux/ tenebzeq3 fulgura nubes. cho. Et bn̄. cle. v. Arida montes germina colles fluia fontes pōthus & vnde. cho. Oipo cle. v. Dia. viua q̄ vehit equoz q̄ vegetat aer terraq3 nutrit. cho. Et be. cle. v. Cūcta hoim gens israel ipe xpicoleq3 seruuli quiq3. cho Oipo. cle. v. Scti humilesq3 cozde beigno tresq3 pusilli exuperātes. cho. Et be. cle. v. Rite camini ignei flammas iussa tyzāni tēnere pzōpti. ch Oipo. cle. v. Sit genitoz laus genitoq3 laus beata flami sacro. ch. Et bene Cle. reincipiant tractu3 Omnipo. et perantetur a choro. Sequitur. Dominus vobiscum & Oremus Oratio

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propicius/ vt nos famulos tuos non exurat flamma viciozum. Per dominū. Hic dicuntur mēoꝛie consuete. Ad hebzeos. ix. capi

Fratres: Tabernaculum factum est pzimū in quo erant candelabza et mensa: et ppositio panū quod dicitur sancta. Post velamentū autem secundū tabernaculum qd̄ dicit sancta sanctozū: habens aureum thuribulu3 et archā testamēti circūtectam ex omi parte auro. In qua erat vzna aurea habens manna et virga aarō que fronduerat et tabule testamēti: super que erāt cherubin glozie obūbzātia pzopiciatozium de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis: in pzioꝛi quide3 tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiozū officia consummantes. In secundo autem semel in anno solus pōtifex non sine sāguine quem offerret pzo sua et populi ignozantia. Hoc significante spūsancto nondū pzopalatā esse sctōꝝ viam: adhuc pzioꝛi tabernaculo habēte statum. Que parabola est tēpozis instantis: iuxta quam munera et hostie offeruntur/ que non possunt iuxta conscientiam perfectū facere servientē. Solūmodo in cibis & in potibus & varijs baptismatib⁹ et iusticijs carnis: vsq3 ad tempus cozrectionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurozū bonozum peramplius et perfectius tabernaculum nō manufactū/ id est nō huius creationis: neq3 p sanguinem hyzcozum aut vitulorum: sed per pzopziu3 sanguinem introiuit semel in sācta/ eterna redemptiōe inuenta. Duo clerici de secūda fozma i cappis suis nigris ad gradū chozi simul dicant. Tr.

Laudate dn̄3 oēs gētes: & collaudate eū oēs ppl̄i. v. Qm̄ cōfirmata est super nos mīa eius: et veritas domini manet in eternum Secundum lucam. xiij. cap.

In illo tēpoꝛe: Dicebat iesus turbis similitudinem hanc. Arbozē fici habebat quidam plantatam in vinea sua: et venit querens fructū in illa/ et non inuenit Dixit autē ad cultozem vinee Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac: & nō inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terrā occupat? At ille respōdens: ait illi. Dn̄e/ dimitte illam et hoc anno: vsq3 dū fodiā circa illā et mittā stercoꝛa. Et siquidem fecerit fructum: sin autē in fu

sursum succides ea. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata/nec poterat omnino sursum respicere Quam cum vidisset iesus: vocavit eam ad se/et ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et confestim erecta est et glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset iesus dicebat turbe Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite et curamini/et non in die sabbati Respondit autem ad illum dominus: et dixit. Hypocrite unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum: aut asinum a presepio et ducit adaquare? Hanc autem filiam abrahe quam alligavit sathanas ecce decem et octo annis: non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret: erubescant omnes adversarii eius Et omnis populus gaudebat in universis: que gloriose fiebant ab eo. Offertorium. Domine deus salutis mee i die clamavi et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine Secreta

Quesumus domine nostris placare muneribus et ieiuniis: quoniam tu de ea tribuis ut placeris. Per dominum. Communio. Mense septimo festa celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios israel cum educerim eos de terra egypti ego dominus deus vester. Postcommunio

Perficiant in nobis domine quesumus tua sacramenta quod continent: ut que nunc specie gerimus/rerum veritate capiamus. Per dominum nostrum

In dedicatione ecclesie Officium


Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi et vocabitur aula dei. In tempore paschali. Alleluya. Psalmus. Dominus regnavit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Oratio

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem et sacris semper misteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui et presta ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur Per. Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli. xxi. capitulo

In diebus illis: Ego iohannes vidi civitatem sanctam hierusalem novam descendentem de celo: a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam: de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitavit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus Et absterget deus omnem lachrimam ab oculis eorum: et mors ultra non erit neque luctus/neque clamor/neque dolor erit ultra/que prima abierunt Et dixit qui sedebat in throno: ecce nova facio omnia. Graduale Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentum irreprehensibilis est. V. Deus cui astat angelorum chorus exaudi preces servorum tuorum Alleluya V. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Vel duo. Alleluya Sequentia dicuntur alternis vicibus per octa. nisi i dominica et in octava die. Alla. V. O quam metuendus et venerandus est locus iste: vere non est

hic aliud nisi dei ꝯ porta celi. Allã
ꝟ. Fundata est domus dñi super
verticē montiũ: et exaltata est sup
omnes colles. Licet. i xl. hoc festum
euenerit, dicitur illa sequentia.

HIerusalē et syon filie cetus
ois fidei curie melos pan=
gat iugis leticie. Allã. Xp̄s enim
desponsat hodie matrē nr̄am nor
ma iusticie quem de lacu traxit mi
serie eccliam. In spũsancti clemē
tia sponsa spõsi letatur gr̄a a regi
nis laudis cũ glia felix dicta. Nos
vt datur crescit leticia q̄ dos ꝗta
triplex potētia tangens celum ter
ras et stigia iusticia. Mira loquor
sed sana credere federatā tam lar
go munere de ꝓprio ꝑduxit late=
re de⁹ homo. Formaret vt sic eccle
sia figurauit in paci gloria ade co
sti formata femina hostis eua.
Eua fuit nouerca posteris hec est
mater electi generis vite portus
asilum miseris et tutela. Pulchra
potens partu mirabilis vt luna
sol fulget spectabilis pl⁹ acie mul
to terribilis ordinata. Multiplex
est singularis vna gñalis et indi=
uidua omis eni sex⁹ simul vna pa
rit turmas. Hec signa iordanis
fluctibus hec que venit e terre fini
bus scientiã audire cominus salo
monis. Sit tipicis descripta sen=
sibus nuptiarũ induta vestib⁹ celi
prestet hodie ciuibus xp̄o iuncta.
O solēne festũ leticie quo vnitur
xp̄s eccle i qua nr̄e salutis nuptie
celebrant. Cetus felix dulce cõui=
uiũ lapsis tibi datur solatiũ despe
ratis offert spaciũ respirandi. In
stis inde soluunt premia angelo=
rũ nouant gaudia leta nimis qd̄
facit gr̄a caritatis. Ab eterno fons
sapientie intuitu solius gr̄e sic pre
uidit in rerũ serie hec futura. Xp̄s
ergo nos suis nuptijs recreatos
veris diuitijs iteresse faciat socijs
electorum. Infra. lxx. vsq; ad ca=
put ieiunij in oct. tm̄. h⁹ festi dr̄ tr.

QUam dilecta tabernacula
tua dñe virtutũ: ꝯcupiscet et
defecit aia mea i atria dñi. ꝟ. Cor
meũ ꝯ caro mea exultauerũt i deũ
viuũ. ꝟ. Etei passer iuenit sibi do
mũ ꝯ turt nidum sibi vbi reponat
pullos suos. ꝟ. Altaria tua dñe vir
tutũ rex meus ꝯ de⁹ meus. ꝟ. Btī
q̄ hitãt i domo tua: i eternũ lauda
bũt te dñe. In pas. tp̄e erit scdz: al
de resurrectiõe q̄tidie p oct. et in
oct. et etiã i prima die. S. lucã. xix.

IN illo tēpore: Egress⁹ iesus
perãbulabat hierico. Et ec=
ce vir nomine zacheus: et hic erat
princeps publicanoꝝ et ipe diues
Et q̄rebat videre iesũ qs esset: et
non poterat pre turba: qꝛ statura
pusillus erat et precurrēs ascēdit
in arborem sicomorum vt videret
eũ: qꝛ inde erat transiturus. Et cũ
venisset ad locuz suspiciens iesus
vidit illum: ꝯ dixit ad eum. zachee
festinans descende: qꝛ hodie in do
mo tua oportet me manere. Et fe
stinãs descēdit: et accepit illũ gau
dens. Et cũ viderent oēs: murmu
rabant dicētes ꝙ ad hoiem pctõ=
rem diuertisset. Stans aũt zache
us: dixit ad dñm. Ecce dimidiuz bo
noꝝ meoꝝ dñe do pauperib⁹: et si
q̄d aliquē defraudaui reddo qua=
druplũ. Ait iesus ad eũ. Qꝛ hodie
salus huic domui facta est: eo ꝙ ꝯ
ipse filius sit abrahe. Uenit eni fi
lius hois q̄rere et saluũ facere: qd̄
perierat. Offr. Dñe de⁹ in siplicita
te cordis mei let⁹ obtuli vniuersa
ꝯ ppl'm tuũ q̄ repertus et vidi eum
ingenti gaudio deus israel custo=
di hãc volũtatē. In tp̄e pas. al.

Annue quesumus domine precibus nostris: ut quicunque intra templi huius cuius anniuersariũ dedicationis diem celebramus ambitum continemur: plena tibi atque perfecta corporis et anime deuotione placeamus: ut dum hec presentia uota reddimus/ad eterna premia te adiuuante peruenire mereamur. Per dominum. Prefatio quotidiana. Cõio. Domus mea domus orationis uocabitur dicit dñs: in ea omnis qui petit accipit/et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. In tempore paschali alleluya alleluya. Postcõmunio.

Deus qui ecclesiã tuã sponsam uocare dignatus es ut qui habebat gratiam per fidem deuotionẽ haberet etiã ex nomine dignitatẽ: da ut omnis hec plebs tuo nomini seruiens huius uocabuli consortio digna inueniatur. Quibi. Si hoc festũ a .lxx. usque ad pascha contigerit/dicitur in fine misse. Benedicamus dño. Si autẽ alio tempore anni finiatur cum. Ite missa est

Per totas octa. dicatur de dedicatione quãcunque hoc festũ scilicet ab oct. epyphanie usque ad lxx. et ab oct. pasche usque ad ascen. dñi uel a festo sancte trinitatis usque ad aduen. dñi contigerit/nisi festum .ix. l. intercurrat sed sine sequentia. et Credo. tamẽ si sit dñica dicitur ista sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus celi curie. Cũ iocundus ornatus regine thorus regi glorie. In tali cõnubio nubit lappa lilio soli stella. Cũ miro consortio anime fit unio dei cella. Celebrantur hodie xpi et ecclesie caste nuptie. Sicut iungit spiritum homo deo subditum iugo gratie. In hoc patrocinio caro dei filio nupsit nobili. Ipse uero filius summus et eximius cessit humili Ima summus petiit et sponsã expetit quã de nigra gestiit candidare. Fecit quod disposuit quia fedam potuit quãdo sibi placuit emundare Ancilla propera. Ut fias libera. Cũ uiro regnans sceptrigera. Sponsum considera. Quem uelat littera. Ipsum reuelat fides uera.

Secundum lucam. ui. capi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domũ: qui fodit in altum et posuit fundamẽtum supra petrã. Inundatione autem facta: illisũ est flumen domui illi/et non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra firmam petram. Credo.

In octa. dedicationis ecclesie omnia fiant sicut in prima die cũ hac seq.

Quam dilecta tabernacula domini uirtutum et atria. Quam electi architecti tuta edificia. Que non mouent immo fouent uentus flumen pluuia. Quam decora fundamenta per concina sacramenta umbre precurrentia. Latus ade dormientis euã fudit immanentis copule primordia. Archam ligno fabricatam noe seruans gubernatã per mundi diluuiũ. Prolem sera tandem feta anus sara ridet leta nostrũ lactans gaudium In biuio tegens nuda geminos parit et iuda thamar diu uidua. Si moyses a puella dum se lauit in fiscella reperitur scirpea. Hic mas agnus imolatur qui israel satiatur eius cinctus sãguine. Hũc uenit austri regina salomõis qua diuina condit sapientia. Hec est nigra sed formosa myrra et thure

fumosa virga pigmentaria. Sic futura que figura obumbrauit reserauit nobis dies gratie. Iam in lectulo cum dilecto quiescamus et psallamus adsunt enim nuptie Quarum tonat initium in tubis epulantiū et finis per psalterium. Sponsum milena milia vna laudant modula sine fine dicentia alleluya. allā.. Scdm iohannem x

In illo tempore. Facta sunt encenia in hierosolimis: et hyemps erat. Et ambulabat iesus in templo: in porticu salomonis Circundederunt ergo eū iudei: et dixerūt ei. Quousqz aiam nostraz tollis? Si tu es xps dic nobis palam? Respondit eis iesus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in noie patris mei: hec testimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis: qz nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meam audiūt: et ego cognosco eas et sequūtur me/ et ego vitam eternā do eis. Et non peribunt in eternū, et nō rapiet eas q̄s de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius omnibus: est et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater vnū sumus. Non dr̄. Credo nisi dn̄ica fuerit. Si hoc festum a capite ieiunii vsqz ad cenā domini contigerit / nichil fiat de fest. nisi tm̄ in prima die preter memori. infra octauas et in octauis. ¶ In consecratione ecclesie. Officium.



Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi: et vocabitur aula dei. In tempore pascali alleluya. psalm⁹ Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Oratio

Deus qui sacrandorum tibi auctor es numerum effūde super hanc orationis domū benedictionem tuam: vt ab omibus inuocantibus nomen tuū defensionis tue auxilium sentiatur. Per. dn̄m. Epla. Ego iohannes vidi ciuitatē. vt supra i die dedicationis Gr. Locus iste a deo fact⁹ est iestimabile sacramētū irreprehēsibilis est. ℣. De⁹ cui astat āgelorum chorus audi preces seruorum tuorum: Allā. ℣. Adorabo ad tēplū sc̄m tuū et cōfitebor nomi tuo. Sequētia Quā dilecta. vt. s. in oct. dedicationis. Euangeliū. Egressus iesus perābulabat. vt s i die dedicati. Offr. Dn̄e de⁹ i simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuū qui repertus est vidi cū ingēti gaudio de⁹ israel custodi hanc voluntatem. In tp̄e pasch. Sec.

Deus qui in omi loco dominationis tue totus assistis et totus operaris: accepta: sacrificium nomini tuo benignus oblatum: et huius domus cuius es fūdator esto protector: vt in virtute spiritussancti fiat hic semper seruientium etiam tibi deuota libertas. Per dn̄m. In vnitate eiusdē. Cōmunio. Domus mea dom⁹ orationis vocabit dicit dn̄s: i ea omis qui petit accipit et q̄ querit inuenit et pulsanti aperietur. tēpore pascali. allelluya allelluya. Postcōio.

Sacramentis domine refectis salutaribus gratias tibi referimus: reple quesumus hoc templum tue glorie maiestatis: vt in honorem nominis tui fiat populo tuo domus orationis. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū. ¶ In reconciliatione ecclesie. Officium.



Um sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris et effundam super vos aquam mũdã et mundabimi ab oĩbus inquinamẽtis vris et dabo vobis spiritũ nouũ. In tempore paschali. allelupa. Ps. Benedicã dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui dixisti domus mea domus orationis vocabit: domum istam gentium spurcitiis contaminatam mundare et sanctificare digneris: vt omnium preces et vota in loco hoc ad te clamãtium exaudias: et benigne perficias. Qui viuis et regnas. Epla. Ego iohannes vidi. sicut in die dedicationis. Gr. Tollite hostias et introite in atria ei⁹ adorate dominum in aula sancta ei⁹. V. Reuelauit dñs condensa: et in templo ei⁹ omnes dicent gloriã. Allelupa. V. Confitemini domino et iuocate nomen eius. annũciate inter gentes opera ei⁹. Secundũ lucam. vi. ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Non est arbor bona que faciet fruct⁹ malos neqꝫ arbor mala faciens fructum bonum. Unaqueqꝫ enim arbor: de fructu suo cognoscitur. Neqꝫ enim de spinis colligunt ficus: neqꝫ de rubro vindeminant vuã. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus homo de malo thesauro ꝓfert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid enim vocatis me domine domine: et non facitis que dico? Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos ostendam vobis cui similis sit Simili est homini edificanti domum: qui fodit in altum et posuit fundamẽtum supra petrã. Inundatione autem facta illusus est flumen domui illi: et non potuit eam mouere. Fundata eni erat: supra firmam petram. Offr. Oraui deũ meum ego daniel dicẽs exaudi domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: et propici⁹ intẽde populũ istuꝫ super quẽ inuocatum est nomẽ tuum deus. In tempore pascali. alleluya allelupa. Secreta.

Hec hostia quesumus domine et locum istum ab immundiciis iniquorum vel patrate offẽsionis expurget: et supplicationes nostras hic et vbiqꝫ reddat acceptas Per dominum nostrum iesũ xpm. Cõmunio. Acceptabis sacrificiũ iusticie: oblatiões et olocausta sup altare tuũ domine. In tẽpore paschali. Allelupa allelupa. Postcõio

Percipientes domine munera salutis eterne te supplices exoramus: vt templum hoc vel cimiterium a barbarorum vel iniquorum inquinamentis emundatum tua benedictione maneat sanctificatum: et pectora nostra ab omni sorde viciorum aliena tibi semper assistant deuota. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. et cetera

¶ Ad missã dicẽdam dñi sacerdos induit se sacr; vestib⁹ dicat hym.

Veni creator spirit⁹ mẽtes tuo℞ visita iple superna grã q̃ tu creasti pectora. Qui paraclyt⁹ diceris donũ dei altissimi fons viuus ignis caritas et spiritalis vnctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digit⁹ tu rite promissuz patris sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpetim. Hostẽ repellas longius pacemq; dones protinus ductore sic te preuio vitem⁹ omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atq; filiũ te vtriusq; spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cũ filio sãcto simul paraclyto nobisq; mittat filius carisma sancti spiritus. Amẽ.

℣. Emitte spm̃ tuũ ⁊ creabunt. ℟. Et renouabis faciẽ terre. Oratio.


Deus cui omne cor patet et oĩs voluntas loq̃tur et quez nullũ latet secretũ: purifica per infusionẽ sancti spũs cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per xp̃m. Deĩde seq̃tur aã. Introibo ad altare dei. Ps. Judica me de⁹ ⁊ discerne. tot⁹ ps. dicũ. Glã pri. Deĩde dr aã. Introibo ad altare dei ad deũ q̃ letificat iuuẽtutẽ meã. Kyrieleyson. Xp̃e el. Kyrie el. Pr nr. Aue maria. His finitis et officio misse inchoato cum post officiũ. Gloria patri incipit accedat sacerdos cum suis ministris ad gradũ altaris et dicat ipse cõfessionẽ / dyacono assistente a dextris / et subdyacono a sinistris hoc modo incipiẽdo. Et nẽ nos inducas. Sed libera. Cõfitemini dño qm̃ bonus. Qm̃ ĩ seculũ mĩa eius. Confiteor deo / beate marie / oĩbz sanctis / et vobis: q2 peccaui nimis cogitatione / locutione / et opere mea culpa. Precor sanctã mariam / oĩs sanctos dei / et vos orate pro me. Ministri respõdeãt. Misereatur vr̃i omps deus et dimittat vobis oĩa pctã vestra / liberet vos ab oĩ malo / cõseruet et cõfirmet in bono et ad vitã pducat eternã. Sacerdos. Amen. Et postea dicãt Confiteor quo dicto dicat sacer. Misereatur. vr̃i. Deinde dicat sacerdos. Absolutionẽ et remissionem oĩum pctõ℞ vestro℞ / spaciũ vere penitẽtie et emẽdationẽ vite / gratiam et cõsolationẽ sãctispũs tribuat vobis oĩps et misericors dñs. Ministri respõdeãt. Amen. Et sciẽduz est q quicũq; sacerdos officiũ exequatur: semper eps si presens fuerit ad gradũ altaris dicat. Confiteor. Misereatur et Absolutionẽ. Deinde sacerdos dicat. ℣. Adiutoriũ nr̃m. Qui fecit. Sit nomẽ. Ex hoc. Orem⁹. Deinde finitis precibus sacerdos deosculet dyaconuz postea subdiaconũ ita dicens. Habete osculũ pacis et dilectionis vt apti sitis sacro sãcto altari ad perficiẽdũ officia diuina. Et hoc semper obseruet per totum ãnũ / nisi tm̃ in missis pro defũctis / et in trib⁹ proximis ferijs ante pascha. His itaq; peractis ceroferarij candelabra cũ cereis ad gradũ altaris dimittant: deinde accedat sacerdos ad altare et dicat in medio altaris tacita voce inclinatoq; corpore et iunctis manibus. Oremus. Oratio.


Aufer a nobis dñe q̃s omẽs iniquitates nostras: vt ad sãcta sanctorum puris mentibus mereamur introire. Per christum

Tunc se erigat sacer. et osculet altare et hoc in medio: et signet se i facie sua ita dicēs. **In nomine patris et filii et spūsācti. Amen.** Dein de ponat dyaconus thus in thuribulum et dicat sacerdos **Bñdicite** et sacerdos dicat. **Dñs. Ab ipo bñdicatur hoc incēsum: in cuius honore cremabitur. In noie patris. etc.** Tūc dyaco. et thuribulū tradens deosculet manū eius: et ipe sacerd. thurificet mediū altaris et vtrūq cornu altaris. pmo in dextera scdo in sinistra parte et iterū in medio deinde ab ipo dyaco. ipe. sacer. thurificetur et postea textū ministerio subdyaco. sacerd. deosculet. His itaq gestis in dextro cornu altaris cū dyaco. et subdya. offm misse vsq ad orōnē psequatur: vel vsq Glia in excel. qn dr. Et post offm et psalmum repetatur offm et post ea dr. **Glia pri** et **Sicut erat** tercio repetat offm. Et hoc per totū annū obseruet tā i dñicis qz in i festis sctōz / et in oct. et infra qn chorus regit in oibus missis de scta maria p totū annū obseruet nisi in dñica passionis dñi / et ab hinc vsq ad cenā dñi ad missā scilicet de tpali tm. tūc statim post psalmū q dr post offm reincipiat officiū sine **Glia pri.** Post repetitionē officij principalis rector chori offm misse a cātore qrere debet / deinde illō suo socio intimare / et postea simul incipe. Et simlr. **Kyrie.** Sequentia. Offer. **Sanctus. Agnus dei** et. Cōio. qrant / intimentur et incipiant. His finitis et officio misse inchoato cū post offm. **Glia patri** incipit / tūc accedāt ministri ad altare ordiati pmo ceroferarij duo pariter incedētes. deinde thuribularij post subdyaconus exide dya. post eū sacerd. dyac. et subdya. casulis indutis scz qtidie p aduentū et a lxx. vsq ad cenā dñi qn de temporali dr. missa: nisi in vigilijs et qttuor tpibus: manus tū admodū sacerdotis nō hntibus: ceteris vero ministris scz ceroferarijs thuribulario et accolito in albis cum amictibus existētibus. In alijs vo tpibus anni qn de tpali dr missa et in festis sctōz totius āni vt aūt dya. et subdya. dalmaticis et tunicis nisi in vigiliis et quattuor tpibus nisi in vigil. pasche et pēthe. et natiui. dñi si in dñica cōtigerit: et excepto ieiunio qttuor tpm qd celebrat in ebdo. pēthe. tūc dalmaticis et tunicis indui debent. In die parasceues / et in rogationibus ad missam ieiunij et pces. et in missis dñicalibus et sctōz q in capitulo dicunt: tunc eni albis cū amictibus vtant: ita tū q in tpe pasc. de qcūq dr missa nisi in iuentione sancte crucis vtant ministri altaris vestimentis albis ad missam. Silr fiat in festo annūcia. b. marie. et in conceptione eiusdē. et in vtroq festo sācti michaelis et in fe. scti iohis apli i ebdo. nati. dñi. et per oct. et in oct. assūp. et nati. b. marie et in cōmemorationibus eiusdē per totū ānū et p oct. et in oct. dedicationis eccle Rubeis vero vtant vestimentis oibus dñicis p annū extra tps pasche qn de dñica agit. et in iiij. fer. in capite ieiunij. et in cena dñi. et in vtroq festo sctē crucis. in qlibet festo martyrū apl'oz et euangelistarū extra tps pas. In oibus aūt festis vnius cōfessoris vel plurimoz cōfessorū vtant vestimētis crocei coloris. Quo facto sacerdos et sui mistri in sedibus parati se recipiāt et expectent vsq ad. **Glia. in excel**

quod incipiat semp in medio alta ris qñcunqz dicitur omnibus dñicis per annũ. quando Glia in excels. dicitur/dicitur vnum istorum pro dispositione cantoris








¶ In omnibus maioribus duplicibus dicatur vnum istorum pro dispositione cantoris





¶ In oib⁹ aliis duplicib⁹ dr vnũ istorum pro dispositione cantoris






¶ In vtroqz fest. scti michaelis ⁊ in fest. scti dunstani dr hic cantus



¶ In oibus festis et in oct. quando inuitat. a tribus cantat dr vnum istorum pro dispositione cantoris






¶ In oibus aliis festis simplicib⁹ tã iii. qz ix. lect. in qbus chorus regitur dicat vnũ istorum cantuum





¶ In oib⁹ festis. iii. lec. et in oc. qñ chorus nõ regit dicit vnũ istorum





¶ In cõmemoratione beate marie dr hic cantus p totũ annum qñ dr



Gloria in excelsis deo

Nisi quando vltimo fit seruitium de sancta maria ãte aduentũ dñi et ante lxx. et in oct. assũp. et nati. beate marie tũc ei dicitur sequens cantus tam a choro q̃ a sacerdote et eius ministris ad altare



Glo ri a in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te Benedicim⁹ te. Adoramus te. Glorificamus te Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuã. Dñe deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite iesu christe Spiritus et alme orphanorũ paraclite Dñe deus agnus dei filius patris. Primo genitus marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationẽ nostram Ad marie gloriam Qui sedes ad dexteram patris: miserere nobis. Quoniã tu solus sanctus. Mariam sanctificans Tu solus dñs. Mariam gubernans. Tu solus altissimus. Mariam coronans. Jesu christe: Cum sancto spiritu in glia dei patris. Amen. In oibus aliis missis quando dicendũ est dicit sine prosa. Post inceptionẽ Glia in excel diuertat se sacerdos ad dextrũ cornu altaris et ministri eius in eo pstantes: dyaconus a dextris et sub dyaconus a sinistris sub missa voce dicãt. idem. In dupl. festis / principalis rector chori. Glia in excel. quando debet dici queret a cantore / et sacerdoti iniungat. Notandum est q oẽs clerici stare tenentur ad missã nisi dũ lectio epl'e legitur. et grad. et Allã. vel tractus cantatur. In dupli. tamen festis stare tenent oẽs dũ a choro. Alla. canitur. Pueri vero semp sint stãtes ad missã choro canente. Rectores vero chori cũ duo tantũ habetur sequant per oia regulã clericorum de secunda forma ad vesperas / matutinas et ad missam / nisi q semper dum chorus canit. Alla stare tenentur: et in inceptionibus cantuũ. ad missã ad altare se conuertant In dupli. festis omnes rectores chori oia imittent vt supra Et notãdum est q oẽs clerici conuersi ad alatare stare tenẽtur dum ad missam Gloria in excelsis deo inchoatur: quousq chor⁹ cantet. Et in eodem hymno ad hec verba Adoramus et ad hec verba Suscipe deprecationem nostrã. et in fine eiusdẽ cũ dicit. Jesu xpe cũ sancto spũ in gloria dei vsq ad epystolã vel sect. Dictoq grad. Allã. et sequẽtia vel tra. a sacerd. primatim cum suis ministris accipiat sub dyaconus panem et vinũ et aquã cũ calice et ea preparet ad eucharistie ministrationẽ. benedictione prius aque a sacerdote petita hoc modo Benedicite. respondeat sacerdos Dñs. Ab eo sit benedicta: de cuius latere exiuit sanguis et aqua. In nomie patris. &c. Sacerdos vero iterim sedeat in sede sua. In fine vo gr. vel tractus vel Alla vel sequeñ chorus ad altare se inclinet anteq ad lectorem eũ

gelii se vertat: et ad Gl'ia tibi do. ſẽp ad altare ſe vertat lector euan gelii et etiã oẽs clerici ſigno crucis ſe ſignent: qđ ter ad missam pu= blice obſeruat: ſcȝ ad Gl'a in excel. quãdo dicit. In glia dei p̃ris Amē et ad Glozia tibi. et poſt. Sãctus cũ dicitur. Benedict⁹ qui venit in noīe dñi. et ad inceptionē. Credo in vnũ. quouſqȝ chorus cantet: et iterũ ad altare ter inclinet ſcȝ dum dicit hec clauſula. Et incarnatus eſt de ſpũ ſancto ex maria virgine et homo factus eſt. Crucifix⁹ etiã pro nobis ſub poncio pylato. et in fine cũ dicit. Et vitã venturi ſecu= li. Amen. Ab hinc quouſqȝ etiã in choetur offr. et poſt offr. quouſqȝ cõpleatur totũ officiũ miſſe: hunc geſtum chorus imitetur omni fe= ſto per annũ. Per totum autē ad uentum non dicitur. Glia in excel de quocunqȝ dicitur miſſa: nec a ſe ptuageſima vſqȝ ad vigiliam paſ= che. His itaqȝ peractis factoqȝ ſi= gnaculo crucis in facie ſua: vertat ſe ſacerdos ad populum eleuatiſ= qȝ aliquantulum brachijs iunctis manibus dicat hoc modo

Dominus vobiſcum. Et chorus reſpõdeat Et cũ ſpi= ritu tuo. Sub eodem tono. et iterũ reuertat ſacerđ. ad altare/ et dicat hoc modo.

Dominus vobiſcũ. Quotiēſcũqȝ dicit Domin⁹ vobiſcũ. ad miſſã ſēp ſub eo dē tono dicet ſimi Oremus. liter et Oremus niſi in prefationibus et niſi in miſſa ſponſalium cũ fiat bñdictio ſuper ſponſũ et ſponſam ante. Pax dñi tunc enim dicitur ſicut in conſi= milibus ita determinando



Dominus vobiſcum. Oremus Deinde dicitur oratio / ſic deter= minando.



Per omnia ſecula ſeculorum Amen. Et ſi aliq̃ memoria habēda eſt iterũ dicat ſacerdos Orem⁹ ut ſu pra. Et quãdo plures ſunt collecte dic ēde: tũc omnes orationes que ſequuntur ſub vno Per dñm. et vni. Oremus dicuntur: ita tamen ꝙ ſeptenari um numerũ excedere nõ debēt ſe= cundũ vſum eccleſie ſar. Et ſem= per dum ſtat ſacerdos ad officium miſſe poſt eum ſtet dyaconus dire cte in proximo gradu. et ſubdya= conus ſimilimodo directe in ſecũ= do gradu poſt dyaconũ: ita vt quo tiens ſacerdos ad populum ſe con uertit dyaconus ſimiliter ſe con= uertat. Subdyaconus vero inte= rim genuflectendo de caſula ſacer dotis aptanda ſubminiſtret. Et ſi epyſcopus celebrauerit / omnes dyaconi in gradu dyaconorũ con= ſiſtant / principali dyacono mediũ locum inter omnes obtinente Simili modo in gradu ſubdyaco norum ſe habeant ceteris omni= bus dyaconis et ſubdyaconis / ge ſtum principalis dyaconi et princi palis ſubdyaconi imitantibus ex cepto ꝙ principalis ſubdyaconus ſacerdoti ad populum cõuertenti ſolus ſubminiſtret

¶ Sciēdū est autem φ quicqd sa-
cer. dz ante eplam in dextro cornu
altaris expleatur pter iceptionem
Glia in excel. sicx fiat post perce-
ptionē sacramēti. Cetera oia in me-
dio altaris expleant/nisi forte dya
conus defuerit. Tūc et in sinistro
cornu altaris legat euāgel. Post
introitū vero misse vnus cerofera
riorū panē vinū et aquam q ad eu
charistie ministrationem disponū
tur deferat: relinquus vero pelui
cū aqua et manutgio portet cho-
rum licet ingredi vsqz ad cōplet.
pme collecte: cetera vsqz ad Credo
dñr vtʒ in prima dñica aduentus.



CRedo in vnū deū. Patrem
oipotentē factorē celi et terre: visi
bilium oium & inuisibilium. Et in
vnū dñm iesū xpm filium dei vni
genitū. Et ex patre natū ante oia
secula. Deū de deo lumen de lu-
ie deum verū de deo vero. Genitum
non factū consubstantialē patri:
per quem oia facta sunt. Qui pro
pter nos hoies et pp̄ter nostrā sa-
lutem descendit de celis. Et incar
natus est de spū sctō ex maria vir-
gine: et homo factus est. Crucifix⁹
etiam p nobis sub poncio pylato
passus et sepultus est Et resurre-
xit tercia die secundum scripturas
Et ascēdit in celū sedet ad dexterā
patris. Et iterum venturus est cū
gloria: iudicare viuos et mortuos
cuius regni nō erit finis. Et in spi
ritum sanctum dñm et viuifican-
tem: q ex pře filioqz procedit. Qui
cū patre et filio simul adoratur et
cōglorificatur: qui locut⁹ est per p
phetas Et vnā sanctā catholicam
et aplicam ecclam. Cōfiteor vnū
baptisma in remissionem pctōrum
Et expecto resurrectionē mortuo-
rū Et vitam venturi seculi. Amē.
Dū a choro canit Credo. accedat
dyaconus post lectū euāgeliū & of
ferat sacerdoti librū euāgeliorum
vel textū deosculando in sinistris
eius. Deinde sequat. Dñs vobis-
cum et. Oremus. Deide dz. Ofm
Post ofm vero porrigat dya. sacer
doti calicem cum patena et sacrifi
cio et osculet manū ei⁹ vtraqz vi-
ce. Ipse vero accipiēs ab eo calicē
diligēter ponat in loco suo debito
super medium altare: et inclinato
parūper eleuet calicē vtraqz ma-
nu offerens sacrificium domino di
cendo hanc sequentem orationem

SUscipe sancta trinitas hanc
oblationē quā ego indignus
pctōr offero in honore tuo / beate
marie et oim sanctor tuor p pec-
catis et offensionibus meis/pro sa
lute viuor et requie oim fidelium
defunctorum. In noie patris. &c.
Acceptum sit oipotenti deo hoc sa
crificiū nouū. Dicta ofone repo-
nat calicē et cooperiat cū corporali-
bus ponatqz panē sup corporalia
decēter ante calicē vinū et aquam
cōtinentē et osculet patenā et re-
ponat eā a dextris sup altare sub
corporalibus parū cooperiēdo. Hoc
pacto accipiat thuribulum a dya.
et thurificet sacrificium: vz vltra
ter signum crucis faciens: et ter in
circuitu et ex vtraqz parte calicis
et sacrificij: deinde locum inter se
et altare. Et dum thurificat dicat
Dirigatur domine ad te oratio
mea: sicut incensū in cōspectu tuo
Postea thurificet ipe sacer. ab ipo
dya. & subdya. deferat ei textū deo-
sculādū: deīde accolitus thurificet

chorū incipiēs a rectoribus chori/ deinde supiorē gradū ex parte decani incipiens ab ipso decano vel a primiori stallo eo absente: postea supiorē gradum ex parte cantoris. Eodē ordine secūdas: exinde primas formas. ita q ipse puer singulos pueros incensando illis inclinet subsequēte eū dyacono cū textu ab oībus deosculādo. Si eps̄ celebrauerit et duplex festū fuerit duo pueri veniēt cū thuribulis et duo subdya. cū duob⁹ textibus vel reliqis. Si aūt eps̄ non celebrauerit et duplex festū fuerit: textum deferat accolitus ex parte cantoris Primo aūt thurificandus est cantor qui stati medio chori cum ceteris rectoribus chori. scʒ fes. maioribus dup. tm̄/ deinde principales rectores chori ex vtraqʒ parte sui exinde duo rectores scdarii. postea chorus more solito: eodē quoqʒ ordine sequant̄ text⁹ Qn̄ vero nō dr̄ **Credo** tūc imediate post. Orem⁹ ꝫ offr̄. accedat dya. ꝫ offerat sacer. calicem cum patena et cetera solito more expleantur: et thurificet sacrificium more solito: sed chor⁹ non thurificetur. Nunq̄ enim incensatur chorus post euangelium ad missam/ nisi quando dr̄. **Credo** sed tunc semp. His itaqʒ peractis eat sacerdos ad dextrum cornu altaris: et abluat man⁹ dicens. **Munda me dn̄e ab omi inquinamento mentis et corporis vt possim mūdus implere opus sanctū domini** Dyacono interī ipsū altare in sinistro cornu thurificante reliqas more solito in circuitu. Ablutis manibus sacerdos reuertat se ad altare/ ad diuinum officium exequenduʒ. et dyaconus et subdyaconus gradibus suis ordinate supradicto modo se teneant. Deinde reuertat se et stans ante altare inclinatoqʒ capite et corpore iunctis manibus dicat hanc orationem.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur dn̄e a te: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo/ vt a te suscipiatur hodie ꝫ placeat tibi domine deus. Et erigens se deosculetur altare dextris sacrificii: et dans benedictionē vltra sacrificium postea signet se dicēs. **In nomine patris.** ꝛc. Deinde vertat se sacer. ad ppl̄m et tacita voce dicat

Orate fratres et sorores pro me vt meū pariterqʒ vestrū acceptum sit dn̄o deo sacrificium Responsio clericorū priuati. **Spiritussancti gratia illuminet cor tuum ꝫ labia tua: ꝫ accipiat dn̄s digne hoc sacrificium laudis de manibus tuis pro peccatis ꝫ offēsionib⁹ nostris** In missis vero pro defunctis post ablutionem manuum sacerdotis stati incipiat sacerdos. iunctis manibus in medio altaris conuersus ad altare dicens



Hostias et preces tibi domine offerimus



Et chor⁹ cātādo respōdeat. **Tu suscipe ꝓ animabus illis quarum hodie memoriā agimus fac eas dn̄e de morte transire ad vitam.** Et interim dicat sacerdos **In spiritu humilitatis** Deinde. statim cōuersus ad populum tacita voce dicat. **Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis**

Responsio clericorum cantando.
Requiem eternam dona eius domine: et lux perpetua luceat eis
Quam olim abrahe promisisti: et semini eius. Notandum est quod in omnibus missis pro corpore presenti / et in anniuersariis cuiuscumque fuerit / et in trigintalibus dicitur Hostias et preces. cum versus.
Requiem eternam. Quam olim.
In omnibus vero aliis missis pro defunctis non dicuntur / nec in die animarum Et reuersus ad altare sacerdos secretas orationes dicat iuxta numerum ante dictarum et ordinem ante epystolam ita incipiens. Oremus Quibus finitis dicat sacerdos a plena voce. Per omnia secula seculorum. manibus non leuatis / donec dicitur. Sursum corda. Et tunc accipiat subdyaconus offer. et patenam de manu dyaconi ipsam patenam tenendam quousque Pater noster qui es. dicitur quam accolito offertorio. coopertam cõmittat in gradu scilicet post dyaconũ interim constituto. Quod etiam obseruetur in omni missa ad autenticum altare celebranda per totum annum nisi tantum in missis pro defunctis / tamen in die animarum obseruabitur

Hec prefatio dicitur in die natiuitatis domini ad omnes missas / et quotidie per ebdomadam / et in die circumcisionis / et in omibus missis de sancta maria ab hac die usque ad purificatio. et etiam in die purificatio. Dicatur etiam in festo corporis xpi / et in oct. eiusdẽ et infra quando de eo fit seruitium. dicitur etiam in cõmemoratione eiusdem
Comicantes vero dicitur sine usque ad circumcisionẽ / et idie circũcisionis

Eterne deus. Quia per ĩcarnati verbi mysteriũ: noua mẽtis nostre oculis lux tue claritatis ĩfulsit. Ut dũ visibiliter deũ cognoscim9: p hũc in inuisibilium amorẽ rapiamur

Infra canonem ad primã missã nati. dñi dr.

Et ideo cũ angel

Noctẽ sacratissimã. Ad oẽs alias mis. dr diẽ sacratissimũ. quãdocumque dr

Communicantes et diem sacratissimũ celebrantes quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorẽ. Sed et memoriam venerãtes. In primis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nri iesu xpi. Sed et

beatorum apostolorum ac martyrum tuorum. Petri Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelii. Cypriani. Laurentii. Grisogoni. Johannis et pauli Cosme et Damiani Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas/ ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum Amen.


¶ Hec prefa. dicitur in die epyphanie et per oct. et in oct. et. Communicantes sicut




Eterne deus Quia cum




unigenitus tuus in substantia



nostre carnis apparuit: in no



uam nos immortalitatis sue lu-




cem reparauit. Et ideo cum

Infra canonem

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit Sed et memoriam venerantes In primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum. Petri Pauli. Andree. Jacobi. Johannis Thome. Jacobi. Philippi Bartholomei Mathei Symonis et Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelii. Cypriani. Laurentii. Grisogoni. Johannis et pauli. Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas: ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amen


¶ Hec prefat. dicitur in fe. iiii. in capite ieiunii et in omnibus mis. de ieiunio nisi in dominicis ab hic usque ad cenam domini




Eterne deus. Qui cor-



porali ieiunio vicia comprimis:



mentem eleuas/ virtutem largiris



et premia: per christum dominum



nostrum. Per quem maiestatem. etc.

¶ In dñicis p quadragesimã dr prefatio quotidiana. In cena dñi prefatio quotidiana dr. Infra canonē **Cõicantes** et **Hanc igitur.** et **Qui pdie**, tam ab epo q a sacerdote dicatur ¶ Infra canonem

Communicantes et diem sacratissimũ celebrantes quo dominus noster iesus xps p nobis traditus est. Sed et memoriam venerantes. In primis gliose semp virginis marie genitricis eiusdē dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorũ apostolorũ ac martyrum tuorũ. Petri pauli. Andree. Jacobi. Johannis Thome. Jacobi. Philippi Bartholomei Mathei Symonis et Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelii. Cypriani. Laurentii. Grisogoni. Johannis et pauli. Cosme et Damiani. Et omniũ sanctorum tuorum quorũ meritis precibus qz concedas vt in omnibus ptectiõis tue muniamur auxilio. Per eundem xpm dñm nostrum. Amen. Item.

Hanc igitur oblationē servitutis nře: sed et cũcte familie tue quã tibi offerimus ob diem in qua dñs noster iesus xpus tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui mysteria celebranda. Quesum9 dñe vt placatus accipias: diesqz nostros in tua pace disponas atqz ab eterna dãnatione nos eripi / et electorũ tuorũ iubeas grege numerari. Per christum dominũ nostrum. Amen.

Qui pridie q pateretur pro nostra oiumqz salute hoc est hodie accepit panem in sanctas ac venerabiles man9 suas: et eleuatis oculis in celum ad te deum. &c

¶ Hec prefatio dicit i die pasche. et per totã ebdo. et in oibus dñicz vsqz ad ascen. qñ de dñica siue de pasch. dicit mis. Sz in vigil. pasche. tm dr in pfatione **tissimã nocte.** Qñcũqz alias dicit dicit. **Sed in hac potissimum die. Cõicãtes,** vo et **Hãc igit.** per ebdo. et in oc. pasc. tm dñr: ita q in vigil pasc. tm. v **Noctē sacratissimam** In die vo pasche et alias quando dicit / dicatur diem sacratissimum




Eterne deus. Et te qui-



dem omni tempore / sed in hac




potissimũ die gloriosius pre-



dicare: cum pascha nostrum



immolatus est christus.



Ipse enim verus est agnus qui



abstulit peccata mundi



Qui mortem nostrã moriendo



destruxit: et vitam resurgendo




reparauit. Et ideo cum an. &c.


Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes resurrectionis dñi nostri iesu xpi secundũ carnẽ. Sed et memoriã venerantes. In primis gloriose semp virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorũ apostolorũ ac martyrum tuorũ. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi Philippi. Bartholomei Mathei Symonis et. Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurẽcij. Grisogoni. Johannis et. Pauli. Cosme et Damiani. Et omniũ sanctorũ tuorũ quorum meritis precibusq; concedas: vt in oĩbus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dñm nostrũ. Amẽ. Item

Hanc igitur oblationẽ seruitutis nrẽ: sed et cuncte familie tue quã tibi offerimus p his q̃ q; quos regenerare dignat⁹ es ex aqua et spũsctõ tribuẽs eis remissionẽ oĩm pctõꝝ. Quesumus dñe vt placatus accipias. diesq; nr̃os i tua pace disponas atq; ab eterna dãnatione nos eripi/ et in electoꝝ tuorũ iubeas grege numerari. Per xpm dñm nr̃m. Amẽ. ¶ Hec pfatio dr in die ascẽsiõis dñi / & p oct. et in oct. et in dñics infra octa. qñ de dñica agit. et




Eterne deus Per christum



dominum nostrũ. Qui post re-



surrectionẽ suam omnibus disci-



pulis suis manifestus appa-



ruit et ipsis cernẽtibus est



eleuatus in celum/ vt nos diui-



nitatis sue tribueret esse par-



ticipes. Et ideo cum angelis

Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimũ celebrantes quo dñs noster iesus xp̃s vnigenitus filius tuus vnitã sibi fragilitatis nr̃e substantiã in glie tue dextera collocauit. Sed et memoriam venerantes. In primis gliose semp virginis marie genitricis eiusdẽ dei et dñi nostri iesu xp̃i. Sed et beatorũ apostolorum ac martyrũ tuorũ. Petri. Pauli. Andree. Jacobi Johannis. Thome. Jacobi Philippi. Bartholomei. Mathei Symonis et. Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurentij. Grisogoni. Johannis et. Pauli. Cosme et. Damiani. Et omniũ sanctorũ tuorũ: quorũ meritis precibusq̃ concedas: vt in oĩbus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amẽ

Hec prefatio dicitur in die penthecostes/ et per ebdomadã / et in omnibus missis de sancto spiritu

Communicantes. et. Hanc igitur obla. in die penthecostes / et ab hinc vsq̃ ad festum sancte trinitatis dicuntur tantum

Eterne deus. Per xp̃m dominũ nostrũ. Qui ascẽdens super oĩes celos sedensq̃ ad dexterã tuam promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarũ mundus exultat: sed et superne virtutes atq̃ angelice potestates hymnũ glorie tue concinnunt sine fine dicentes. Sanctus.

Infra canonem

COmmunicantes et diem sa
cratissimū penthecostes ce=
lebrantes quo spūssanctus aposto
lis igneis lingis sed apparuit.
Sed et memoriam venerant es.
In primis gloriose semper virgi
nis marie genitricis dei et dñi no
stri iesu christi. Sed et beatorum
apostolorū ac martyrum tuorum
Petri pauli. Andree. Jacobi. Jo=
hannis. Thome. Jacobi. Philip=
pi. Bartholomei. Mathei. Sy=
monis et Thadei. Lini. Cleti.
Clementis. Sixti. Cornelii. Cy=
priani. Laurentii. Grisogoni. Jo
hānis et pauli. Cosme et Damiani
Et oim sanctorum tuoꝝ quorum
meritis precibusq; concedas / vt
in oibus protectionis tue munia
mur auxilio. Per eundem christū
dominum nostrum Amen. Item.


HAnc igitur oblationē serui=
tutis nře: sed et cūcte fami=
lie tue quā tibi offerimus ꝓ his q̃
q; quos regenerare dignat⁹ es ex
aqua et spūsctō tribuēs eis remis
sionē oim pctōꝝ. Quesumus dñe
vt placat⁹ accipias: diesq; nřos in
tua pace disponas atq; ab eterna
dānatione nos eripi / et in electoꝝ
tuorum iubeas grege numerari.
Per xpm. dñm nostrum. Amen

¶ Hec prefatio dicitur in die san=
cte trinitatis et in omnib⁹ domini
cis vsq; ad aduentum dñi quando
de dñica dicitur missa: licet in capi
tulo dicat̃. et in oibus cōmemora
tionibus scte trinitatis p totum
annū et in omni missa spōsalium


Eterne deus Qui cum




vnigenito filio tuo et spi=




ritu sancto vnus es deus vnus




es dominus. Non in vnius




singularitate persone sed: in




vnius trinitate substantie



Quod enim de tua gloria re=



uelante te credimus: hoc de



filio tuo / hoc de spiritu.



sancto: sine differentia



diſcretionis ſentimus. Ut in con



feſſione vere ſempiterneqȝ dei-



tatis: et in perſonis proprie-



tas/ et in eſſentia vnitas / et



in maieſtate adoretur equalitas



Quē laudāt angeli atqȝ archan



geli: cherubī quoqȝ ac ſeraphin/




qui non ceſſant clamare vna




voce dicentes.

¶ Hec pfatio dicit in oib⁹ feſtis aplorū et euāgeliſtarū ⁊ per oct. aplorū petri et pauli atqȝ andree/ qñ de oct. dr̄ miſſa preterq̄ in feſ. ſancti iohis apli et euangeliſte in ebdo. nati. dñi. In oct. vo eiuſdē dicet. et in feſto eius in tēpore paſchali.



Eterne deus. Et te domi-



ne ſuppliciter exorare / vt gre-




gem tuum paſtor eterne non de




ſeras: ſed per beatos apoſtolos




tuos continua protectione cu-




ſtodias. Ut iiſdem rectoribus



gubernetur: quos operis tu i



vicarios eiſdem contuliſti pre



esse pastores. Et ideo cum.

Hec prefatio dicitur in utroque festo sancte crucis et in commemorationibus eiusdem per totum annum.



Eterne deꝰ. Qui salutem



humani generis in ligno crucis



constituisti: ut unde mors orie-



batur inde vita resurgeret:



Et qui in ligno vicerat: in ligno



quoque viceretur. Per christum




dominũ nr̃m. Per quē maiestatē

Hec prefatio dicitur in omni festo beate marie virginis: nisi in purificatiõe eiusdẽ. Dicatur etiã per octabas assumptionis et nativitatis beate marie et in commemorationibus eiusdem per totum annum nisi a die nativitatis domini usque ad purificationem.



Eterne deus. Et te in cõce



ptione. Et te in annũciatione.




Et te in assumptione. Et te in na



tivitate. Et te in visitatione. Et



te in veneratione beate et glo-



riose semper virginis marie ex-



ultantibꝰ animis laudare bene

dicere et predicare Que et vni-

genitum tuuz sancti spūs obū-

bratione concepit. & virginitatis

gl'ia pmanente huic mundo lu-

men eternū effundit iesum xpm

dn̄m nr̄z. Per quē

Hoc mō īcipiāt oēs pfa. ad miſ p totū ānū tā in fer. q̄ i festis.

Per omnia. secula se-

culorum Amē. Dominus vo-

biscum. Et cum spiritu tuo.

Hic eleuet sacerdos manus dicēs

Sursum corda. Habemus ad

dominū. Gras agamus dn̄o

deo nr̄o. Dignum et iustum est

¶ Hec prefatio est quotidiana et quotidie dicitur nisi i festis p octa. in quibus propria habeatur ita tamen q̄ omnes prefationes totius anni sub hoc tono dicuntur siue ppriē habeantur siue non tam in ferijs q̄ in festis secundum vsum ecclesie Sar.

Vere dignum et iustum est


equum et salutare: nos tibi sēp

et vbiq; gratias agere dn̄e san-

cte pater omps eterne de9. Per




chriſtũ dñm nrm. Per quem ma=



ieſtatẽ tuaȝ laudant angeli ado=




rant dominationes tremunt po




teſtates. Celi celorũq; virtutes




ac beata ſeraphin ſocia exul=




tatione concelebrãt. Cũ quibus



⁊ nr̃as voces vt admitti iubeas de



precamur ſupplici confeſſi




Sequit' Sctũs Sanctus ſãctus. ¶ Item in aliis prefationibus.


one dicentes.




ET ideo cum angelis et




archangelis cuȝ thronis et dña=



tionibus. Cũq; omni militia ce



leſtis excercitus hymnum glorie



tue canimus ſine fine dicentes

Sequit'. Sctũs Duȝ ſacerd'. dicit Sanctus ſctũs. erigat parũper brachia ſua et iũgat manus ſuas: vſq; ad hec verba. In nomie dñi. tunc ſemper ſignet ſe in facie ſua.

SAnctus ſanctus ſanctus dñs deus ſabaoth Pleni ſunt celi ⁊ terra gloria tua oſanna i excelſis. Bñdictus qui venit in nomie dñi oſanna in excelſis Quando vltimo fit ſeruitiũ de ſancta maria ante aduẽtũ et ante lxx. et in oct. viſitationis aſſumptionis / et natiuitatis beate marie tunc dicitur hoc modo Benedictus marie filius qui venit in nomine domini.

Deinde confeſtim manibus cunctis et oculis eleuatis incipiat.

Te igit' clemẽtiſſime corpore inclinato donec dixerit. Ac petimus

Prefatio cõis.

Per oia secu-
la seculorũ.
Amẽ. Dñs vobis-
cũ. Et cum spũ tuo
Sursũ corda. Ha
bemus ad dominũ
Gratias agamus



dño deo nostro Di
gnũ ꝛ iustũ est Ue
re dignũ et iustum
est equũ ꝛ salutare
Nos tibi semper et
vbiqꝫ grãs agere.
Dñe scẽ pater op̃s
eterne deꝰ per xp̃m

dñm nostrum. Per quē maiestatē tuā laudāt angeli adorant dñationes tremūt potestates. Celi celorumq; virtutes ac beata seraphin: socia exultatione concelebrant Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur supplici cōfessione dicentes.





Te igitur clementissime pater per iesum christū filium tuū dominū nostrum supplices rogamus. Corpore inclinato donec dicat. ac petimus. Hic erigens se sacerdos osculet altare a dextris sacrificii dicens. Vti accepta habeas et benedicas

Hic faciat sacerdos tres cruces super calicem et panem dicendo. Hec ✠ dona Hec ✠ munera. Hec ✠ sancta sacrificia illibata. Factis signaculis super calicem eleuet manus suas ita dicens. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare custodire adunare: et regem digneris toto orbe terrarū vna cum famulo tuo papa nostro. N. et antistite nostro. N. id est proprio episcopo tātum. et rege nostro N. et dicuntur nominatim Sequatur et omnibus orthodoxis atque catholice et apostolice fidei cultoribus.

Hic oret pro viuis.

Memento domine famulorum famularū que tuarum. N. et. N. In qua oratione ordo debet attendi propter ordinem caritatis. Quinquies orat sacerdos. Primo pro seipso. Secundo pro patre et matre carnali et spirituali et pro aliis parentibus. Tercio pro amicis specialibus parrochianis et aliis. Quarto pro omnibus astantibus. Quinto pro omni populo christiano: et potest hic sacerdos omnes suos amicos deo cōmendare. Consulo tamē vt nullus ibidem nimis immoretur: tū propter cordis distractionem: tum propter immissiones que possūt fieri per angelos malos: tum propter alia pericula Et omnium circumastantium quorum tibi fides cognita est et nota deuotio pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificiū laudis

pro se suisq; omnibus pro redemptione animarũ suarum: pro spe salutis et incolumitatibus sue: tibiq; reddũt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicantes et memoriam venerantes. In primis gloriose sẽperq; virginis. Inclinando parumper dicat. marie genitricis dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorũ ac martyrum tuorum Petri Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis: et Thadei Lini. Cleti. Clemẽtis. Sixti. Cornelii. Cypriani Laurẽtii. Grisogoni. Johãnis et Pauli. Cosme et Damiani. Et omnium sãctorum tuorum quorũ meritis precibusq; concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundẽ christum dominum nostrũ. Amen. Hic respiciat sacerdos hostiam cũ magna veneratione dicens.

Hanc igitur oblationẽ seruitutis nostre sed et cuncte familie tue quesumus domie vt placatus accipias diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna damnatione nos eripi & in electorum tuorum iubeas grege numerari: Per christum dominum nostrũ Amen.

Hic iterum respiciat hostiam dicens:

Quam oblationem tu deus omnipotens in omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces sup vtrumq; cum dicat. Bene ✠ dictam/ascri ✠ ptam/ra ✠ tam/rationabilem/acceptabilemq; facere digneris vt nobis. Hic faciat crucẽ super panem dicens. cor ✠ pus. Hic super calicem et san ✠ guis. Junctisq; manibus dicat. fiat dilectissimi filii tui domini nostri iesu christi. Hic erigat sacerdos manus et iungat/& postea tergat digitos/et eleuet hostiam dicens:

Qui pridie q̄ paterentur accepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas/ et eleuatis oculis in celum. Hic eleuet oculos suos ad te deum patrē suum omnipotentem. Hic inclinet se/ et postea eleuet paululum dicens. tibi gratias agens bene ✠ dixit fregit. Hic tangat hostiam dicēs. deditq3 discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes.

Hoc est enim corpus meū

Et debent ista verba proferri vno spiritu et vna prolatione nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiam et postea eleuet eam supra frontem/ vt possit a populo videri. et reuerenter illam reponat ante calicem in modum crucis per eandē facte. Et tunc discooperiat calicem et teneat inter manus suas non disiungendo pollicem ab indice nisi dum facit benedictiones tātum ita dicens.

Simili modo postea q̄ cenatum est accipiens et hunc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. item tibi.

Hic inclinet se dicens.

Gratias agens bene ✠ dixit: deditq3 discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes.

Hic eleuet sacerdos parum per calicem ita dicens.

Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mysterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionē peccatorum.

Hic eleuet calicem vsq3 ad pectus vel vltra caput dicens. Hec quotienscunq3 feceritis: in mei memoriam facietis. Hic reponat calicem et fricet digitos suos vltra calicē propter micas et cooperiat calicem. deinde eleuet brachia sua in modū crucis iunctis digitis vsq3 ad hec verba.

De tuis donis ac datis.

Unde et memores domine nos tui serui sed et plebs tua sancta eius-

dem christi filij tui domini dei nostri tam beate passionis necnon et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis.

Hic quinqz cruces fiāt sed tres prime cruces super hostiam et calicem dicendo.

Hostiam pu ✠ ram hostiā san ✠ ctam hostiam imma ✠ culatam. Quarta super panem tantum dicendo.

pa ✠ nem sanctū vite eterne. Quinta super calicem dicendo et ca ✠ licem salutis perpetue.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel et sacrificium patriarche nostri abrahe et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam.

Hic sacerdos corpore inclinato: et cancellatis manibus dicat.

Supplices te rogam9 omnipotens deus: usqz ad hec verba. ex hac altaris participatione. et tunc erigat se deosculans altare a dextris sacrificii: et faciat signum crucis super hostiam et calicem et in facie sua cum dixit omni benedictione celesti.

Supplices te rogam9 omnipotens deus: iube hec perferri per man9 sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuie maiestatis tue vt quotquot. Hic erigens se osculetur altare a dextris sacrificii dicens. ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui. Hic faciat signum crucis super hostiaz dicens cor ✠ pus deinde super calicem dicens. et san ✠ guinez sumpserimus oī Hic signet se i faciem dicēs benedictione celesti et gratia repleamur. Per eundē christum dominum nostrū. Amen.

Hic oret pro mortuis.

Memento etiam domine animarum

famulorum famularumque tuarum. N. et. N. Qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Ipsis domine et omnibus in christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis ut indulgeas deprecamur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.

Hic percutiat pectus suum semel dicens.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martyribus cum Johanne Stephano Mathia. Barnaba. Ignatio. Alexandro Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua. Agatha. Lucia: Agnete. Cecilia. Anastasia Et cum omnibus sanctis tuis intra quorum nos consortium non estimator meriti: sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dominum nostrum. Non dicitur. Amen. Per quem hec omnia domine semper bona creas. Hic ter signet calicem dicens. sancti ✠ ficas vivi ✠ ficas bene ✠ dicis et prestas nobis.

Hic discooperiat calicem et faciat signaculum crucis cum hostia quinquies primo ultra calicem ex utraque parte secundo calici equale tercio infra calicem: quarto sicut primo quinto ante calicem.

Per ip ✠ sum: et cum ip ✠ so et in ip ✠ so: est tibi deo patri omni ✠ potenti in unitate spiritus ✠ sancti omnis honor et gloria.

Hic cooperiat sacerdos calicem et teneat manus suas super altare usque dum dicitur Pater noster ita dicens.

Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus

Preceptis salutaribus moniti

et diuina institutione formati

audemus dicere

Hic accipiat dyaconus patenam eamq3 a dextris sacerdotis extenso brachio in altum vsq3. Da propicius discoopertam teneat.

Hic eleuet sacerdos manus dicẽs

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum Fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra. Panẽ nostrũ quotidianũ. da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris

Et ne nos inducas in tẽtationẽ

Chorus dicat Sed libera nos a malo. Sacerdos priuatim.

Libera nos q̃s dñe ab oĩbus malis p̃teritis presentibus et futuris: et intercedẽte btã & glo sa semperq3 virgine dei genitrice maria et btis apl̃is tuis petro et paulo atq3 andrea cũ oĩbus sctis.

Hic committat dyaconus patena sacerdoti deosculãs manũ ei9 & sacerdos deosculet patenã postea ponat ad sinistrũ oculũ deide ad dextrũ p9ea faciat crucẽ cũ patena vltra caput & tũc repõat eã i locũ suum dicẽs.

Da propici9 pacẽ in diebus nostris vt ope misericordie tue adiuti & a pctõ sim9 sẽper liberi & ab omi ꝑturbatione securi. Hic discooperiat calicem & sumat corpus cũ iclinatiõe trãspo nẽs in concauitate calicis retinendo iter pollices & indices et frãgat in tres partes p̃ma fractio dũ dr̃.

Per eũdẽ dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ. Secunda fractio. qui tecũ viuit et regnat in vnitate sp̃us sãcti deus. Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et tertiam fracturam in dextera manu in summitate calicis ita dicens aperta voce.

P Er omnia secula seculorum. Chorus respondeat Amen

Hic faciat tres cruces infra calicem cum tercia parte hostie dicendo.

Pax domini ✠ sit sem ✠ per vo ✠ biscum. Et cum spiritu tuo. Chorus respondeat

Ad Agnus dei: dicendum accedant dyaconi et subdyaconi ad sacerdotem uterque a dextris dyaconus propior: subdyaconus remotior: et dicant priuatim Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem

In missis pro defunctis dicitur hoc modo Agnus dei qui tollis peccata mundi dona eis requiem. cum hac addicione in tercia repetitione. sempiternam Hic cruce signando deponat dictam terciam partem hostie in sacramentum sanguinis sic dicendo.

H Ec sacro ✠ sancta commixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi fiat michi: omnibusque sumentibus salus mentis et corporis et ad vitam eternam promerendam et capescendam preparatio salutaris. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.

¶ Antequam pax detur dicat sacerdos

D Omine sancte pater omnipotens eterne deus: da michi hoc sacro sanctum corpus et sanguinem filii tui domini nostri iesu christi ita digne sumere ut merear per hoc remissionem omnium peccatorum meorum accipere: et tuo sancto spiritu repleri: et pacem tuam habere: quia tu es deus solus et preter te non est alius cuius regnum et imperium gloriosum sine fine permanet in secula seculorum Amen. Hic osculetur sacerdos corporalia in dextera parte et summitatem calicis et postea dyaconum dicens. Pax tibi et ecclesie dei. Responsio. Et cum spiritu tuo. Dyaconus a dextris sacerdotis ab eo pacem recipiat et subdyacono porrigat. Deinde ad gradum chori ipse dyaconus pacem portet rectoribus chori et ipsi pacem choro portent uterque sue parti incipiens a maioribus. In festis vero et feriis quando chorus non regitur pax a dyacono choro apportatur per duos extremos de secunda forma cetera sicut prius. Post pacem datam dicat sacerdos orationes sequentes priuatim antequam se communicet tenendo hostiam duabus manibus

D Eus pater fons et origo totius bonitatis: qui ductus misericordia unigenitum tuum pro nobis ad infima mundi descendere et carnem sumere voluisti quam ego indignus hic et in manibus meis teneo. Hic inclinet se sacerdos ad hostiam dicens.

Te adoro: te glorifico: te tota mentis ac cordis intentione laudo et precor: vt nos famulos tuos non deseras sed peccata nostra dimittas quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeam⁹. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.

Domine iesu christe fili dei viui qui ex volūtate patris cooperante spiritu sancto per mortē tuam mundū viuificasti: libera me queso per hoc sacro sanctum corpus et hunc sanguinem tuum a cūctis iniquitatibus meis et ab vniuersis malis et fac me tuis semper obedire mandatis et a te nunquam in perpetuum separari permittas saluator mundi. Qui cum deo patre et eodem spiritu sancto viuis et regnas deus Per omnia secula seculorum: Amen.

Corporis et sanguinis tui domine iesu christe sacramentum quod licet indignus accipio non sit michi iudicio et condemnationi sed tua prosit pietate corporis mei et anime saluti. Amen.

Ad corpus dicat cum humiliatione antequam percipiat.

Aue in eternum sanctissima caro christi: michi ante omnia et super omnia summa dulcedo Corpus domini nostri iesu christi sit michi peccatori via et vita. In no ✠ mine patris: et filij: et spiritus sancti amen. Hic sumat corp⁹ cruce prius facta cum ipso corpore ante os. Deinde ad sanguinem cū magna deuotione dicens

Aue in eternum celestis potus michi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus et sangnis domini nostri iesu christi prosint michi peccatori ad remedium sempiternum in vitam eternam. Amen. In no ✠ mine patris: et filij: et spiritussancti. Amen. Hic sumat sanguinem quo sumpto inclinet se sacerdos et dicat orationem sequentem.

Gratias tibi ago domine sancte pater omnipotens eterne deus: qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguine filij tui domini nostri iesu christi et precor vt hoc sacramentum salutis nostre quod sumpsi indign⁹ peccator nō veniat michi ad iudicium neque ad condemnationem pro meritis meis: sed ad profectum corporis mei et anime saluti in vitam eternam Amen.

¶ Qua dicta eat sacerdos ad dextrum cornu altaris cum calice inter manus: digitis adhuc coniunctis sicut prius: et accedat subdyacon⁹ et effundat in calicem vinum et reficeret sacerdos manus suas ne alique reliquie corporis vel sanguinis remaneāt in digitis vel in calice. Cum vero aliquis sacerdos debet bis celebrare in vno die: tūc ad primam missam non debet percipere ablutionem vllam: sed ponere in sacrario vel in vase mundo vsque in finem alterius misse: et tūc sumatur vtraque ablutio. Post primā ablutionē dicitur hec oratio.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Hic lauet digitos in concauitate crucis cum calice vino infuso a subdyacono: quo haustio sequatur oratio. Oremus.

Hec nos communio domine purget a crimine: et celestis

sis

[illegible]

remedij faciat esse consortes.
Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem super patenam: vt si quid remanserit in calice stillet: et post ea inclinando se dicat orationem sequentem.

Adoremus crucis signaculū per quo d sumpsimus sacramentum.

Deinde lauet manus dyaconus interim corporalia complicet. Ablutis manibus et redeunte sacerdote ad dextrum cornu altaris dyaconus calicem porrigat ori sacerdotis si quid infusionis in eo remanserit resumendum.

Postea vero dicat cum suis ministris communionem. Deinde facto signo crucis in facie: vertat se sacerdos ad populum: eleuatisq; aliquantulum brachijs et iunctis manibus dicat Dominus vobiscū Responsorium. Et cū spiritu tuo Et iterum reuertens se ad altare dicat Oremus. Deinde dicat post communionem iuxta numerum et ordinem ante dictarum orationū ante epystolā Finita vltima postcommunione: factoq; signo crucis in fronte: iterum vertat se sacerdos ad populum et dicat. Dominus vobiscum. Responsorium Et cū spiritu tuo. Deīde dyaconꝰ Benedicam us domino Alio vero tēpore dicitur Ite missa est Quotienscunq; enim dicitur Ite missa est. semper dicitur ad populum couertendo. Et cum dici debeat. Benedicamns domino. vel. Requiescāt in pace. Cōuertēdo ad altare dicitur. Benedicamus domino.

Benedica mus domi no

Benedicamꝰ dn̄o

Benedica mus domino

Benedica mus domino

Benedica mus domino

Benedica mus do mino.

Benedica mus domino.

Bene dicamus do mino

Benedica mus domino

Benedica mus domino

¶ In festis. iij. lec. dicitur unus istorum cantuum: quandocunque dicitur in fine misse.

Ite missa est

Ite missa est.


Ite mis sa est

Ite missa est


In vigi. pasche et penthecostes dicatur hic cantus. Ite missa est.

Ite missa est


¶ Notandum est quod quantocunque cantus istorum sequentium: dicitur super Kyrie eleyson. Idem etiam cantus sequatur sup. Ite missa est. Pro dispositione dyaconi



I te Deus creator




miſſa eſt




I te Kyrie rex genitor.



miſſa eſt



I te Kyrie fons




bonitatis



miſſa eſt




I te Kyrie omnipotens




miſſa eſt




I te Kyrie rex




ſplendens




miſſa eſt




I te Lux et origo.




miſſa eſt




I te




miſſa eſt




I te Conditor.




miſſa eſt



Orbis factor. In oibus ferijs per annū et in vigilijs quattuor temporū exceptis vigilijs pasche et pēth. et ebdo. penthe. dicatur et in missa



Salus populi. de cruce et in omnibus festis .iij. lectionum sine. Te deū laudamus. in quibus dicitur noctur dicatur hic cantus.



¶ In omnibus missis pro defunctis dicitur hic cantus.



¶ His dictis sacerdos inclinato corpore iunctisq; manibus tacita voce coram altari in medio dicat hanc orationem. Oratio.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee et presta: vt hoc sacrificium quod ocłis tue maiestatis indignus obtuli tibi sit acceptabile michiq; et oib9 pro quibus illud obtuli sit te miserante propiciabile Qui viuis et regnas deus Per omnia secula seculor. Amen. Qua finita erigat se sacerdos signans se in facie sua dicēs. In noīe patris. etc. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserūt ad altare in principio misse sic induti cum cerofera rijs et ceteris ministris redeant Et statī post. Deo grās incipiatur in choro hora nona qn̄ post missaz dicit. Sacerdos vero in redeundo dicat euāgeliū. In principio erat verbum. cū vero sacerdos exuerit casulā et alia indumenta sacerdotalia: dicat psalmos subscriptos cum .añ. Triū puerorū. ps. Bndicite sacerdotes. vsq; ad finē cātici. ps. laudate dūm i sctis ei9: lauda te eum i firmamēto virtutis eius totus psalmus. Nūc dimittis seruum tuum dn̄e: scdz verbū tuū in pace. cū. Gloria patri et filio et spi. etc. Sicut erat in pricipio et nunc et sēper: et in secula seculorum. amē. Deinde dicitur tota .añ. Trium puerorum cātem9 hymnū: quē cātabant in camino ignis bn̄dicētes dn̄m. Kyrie eleysō. Christe eleysō Kyrie eleysō. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicam9 patrem et filium cum sancto spiritu Laudemus et superexaltemus eū in secula. Benedictus es domine i firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus i secula. Benedicat et custodiat nos trinitas sancta. Amen Non intres i iudiciū cū seruo tuo dn̄e Qr nō iustificabitur i cōspectu tuo oīs viuens. Domine de9 virtutum cōuerte nos Et ostende faciē tuā et salui erim9. Domine exaudi orationem meam. Et clamor me9 ad te veniat. Dominus vobiscum Et cū spiritu tuo. Orem9. Oratio

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium cōcede propicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. Oratio.

Ure igne sācti spiritus renes nostros et cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiam9 et mundo corde placeamus. Oro.

Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio a te semper incipiat et per te cepta finiatur

Et finiatur he tres orationes sic Per christum dominum nostrum Amen. Et sciendum est q in omni missa quando de feria dicitur fiat prostratio a toto choro stati post. Sanctus. vsq. Pax domini. per totum annum nisi a pascha vsq. Deus omniū ¶ Notandū est q a Domine ne in ira. vsq ad cenam domini: et a. Deus omnium. vsq ad vigiliam natiuitatis domini dicuntur iste preces sequētes ad missam tantum in ferijs et festis triū lectionum sine regemine chori: et in octa. et infra quando chorus nō regitur. Et dicuntur post Per omnia secula seculorum. et Pater noster. inter. Per oīa scl'a seculorum. et. Pax dñi. sacerdote sic dicente. Per omnia secula seculorum. et choro respondente. Amen. Statim incipiat chor⁹ preces in prostratione hoc modo. ps.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerūt templum sanctum tuum: posuerūt hierusalem in pomorū custodiam

Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorꝫ bestijs terre

Effuderunt sanguinem eorum tanꝗ aquam in circuitu hierusalē et nō erat qui sepeliret

Facti sumus opprobriū vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt

Vsquequo domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zel⁹ tuus

Effunde iram tuam in gētes que te non nouerunt: et regna que nomen tuum non inuocauerunt

Quia comederunt iacob et locū eius desolauerunt

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue qꝛ pauperes facti sumus nimis

Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā noīs tui dñe libera nos: et propicius esto pc̄tis nostris propter nomen tuum

Spiritũ in nobis dñe tue caritatis infunde: ut itercedete beato vvlstano cõfessore tuo atque pontifice tuã mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. p do. in vnitate eiusdẽ. Epl'a Ecce sacerdos magn⁹ q̃ i dieb⁹ i cõi. fo. x. Gr. Dñe p̃uenisti eã i bñdictõib⁹ dulcedinis. posuisti in capite eius coronam de lapide p̃cioso. V. Vitã petiit et tribuisti ei lõgitudinẽ dierum i seculũ seculi. Allã. V. Inueni dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxieũ. Sequẽtia de cõi. fo. x. Euangelium. Homo qdã pegre. in coi folio. xi. Offr. Veritas mea et mia mea cum ipso: et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Se.

Suscipe q̃s dñe supplices familie tue munus oblatũ: et quod rea sperare nõ audet conscientia intercedente beato vlstano tua nobis largiatur indulgentia. Per. d. Cõio Btũ s seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis sup oia bona sua constituet eum. Postcõio

Salutaris tui dñe mysterio saciati supplices imploramus clementiam tuam vt pro nobis eius non desit oratio cuius nos donasti gubernari patrocinio. Per.

¶ Sanctorũ fabiani et sebastiani martyrum. Ad missam. Officium.

Intret in conspectu tuo dñe gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinẽ sãctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerũt gẽtes i hereditatẽ tuã posuerũt templũ sctm̃ tuũ: posuerũt hierusalẽ in pomorum custodiam. Oratio

Deus q̃ beatos martyres tuos fabianũ et sebastianũ virtute cõstantie in passione roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo psperã mũdi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per. Epl'a Scti per fidẽ. fo. vi. Gr. Gloriosus deus in sãctis mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. V. Dextera tua dñe glificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicum Allã. V. Scti tui dñe benedicẽt te: gliam regni tui dicẽt. Si hoc festũ ante septuagesimam euenerit dr̃ sequẽtia de cõi Si vero infra nõ dr. Allã nec seq̃. sed tr̃. quod in omnibus festis. ix. lect. obseruetur vsq3 ad passionem dñi. In festis vero sine regimine chori nunq̃ dicit tr̃: sed gradale repetatur In festis autẽ dup. tam infra passionem q̃ extra: dicitur tr̃. nisi in festis puri. et annuncia. beate marie et dedicationis Tractus

Qui seminãt in lachrimis: in gaudio metẽt. V. Eũtes ibãt et flebãt: mittẽtes seĩa sua. V. Venientes aũt veniẽt cũ exultatione: portantes manipulos suos. Euãgelium Descendens iesus de mõte. in cõi. folio. viii. Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo q̃s dñe nr̃e deuotionis oblatio: et eorum nobis fiat supplicatiõe salutaris p quorum passione deferk. Per do. Cõio Multitudo languẽtiũ et qui vexabãtur a spiritibus immũdis veniebãt ad eum: q2 virtus de illo exibat et sanabat omnes Postcõio.

Sacramentorum tuorum domine benedictione saciati et beatorum martyrum tuorum fabiani et sebastiani gloriosa confessione muniti te suppliciter exoramus: vt p hec eadẽ a cũctis vicus emundemur. Per dñm

¶ Sãcte agnetis virginis et martyris. Ad missam Officium

Me expectauerũt pctõres vt pderẽt me testimonia tua dñe itellexi: ois cõsũmatiõis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio

Omps sẽpiterne deus qui infirma mũdi eligis: vt fortia queq3 confũdas: cõcede propicius: vt qui beate agnetis martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinio sentiamus. Per dominũ Epl'a. Confitebor. in cõi. fo. xiii.

Gr. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. All. V. Veni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Sequentia. Exultemus. in com. fo. xiiij. Si infra lxx. tr.

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. Euang. Simile est regnum celorum thesau. in com. fo. xiiij. Offer.

Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Sec

Suscipe quesumus domine sacrificium cuius te voluisti dignanter immolatione placari: et presta: vt intercedente beata agnete virgine tua et martyre huius operatione mundati: beneplacitum tibi nostre mentis seruitium offeramus. Per d.

Co. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiam christo domino

Diuino refecti libamine quesumus domine deus noster: vt intercedente beata agnete virgine tua et martyre: presentis nobis vite subsidium / et eterne tribuas reperire leticiam. Per dominum nostrum. P[ost]co

¶ Sancti vincentij martyris. Officium



Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati vincentij martyris tui intercessione liberemur. Per Epistola Beatus vir qui in sapientia. in com. fol. iij. Gr. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum All. V. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Seq.

Sola iocunditatis alleluia. Induit hodie dominus militem suum vincentium. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium Hodie martyr insignis hostiam deo placentem obtulit Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Aiatus ad certamen monitu beati senis. Grauissimis non refugit exhibere membra penis. Ante ducem accersitur et de fide conuenitur communis ecclesie. Sed non cedit blandimentis emolitus aut tormentis eius pertinacie. Illuditur dacianus dum sustinet martyr sanus penarum angustias. Dat minister caritatis hostibus exuperatque gratiarum copias Furit igitur prefectus et paratur ardens lectus insultantis viscera crates vrit aspera. Sudat martyr in agone spe mercedis et corone que datur fidelibus pro christo certantibus. De cuius militia celi gaudet curia. Martyr vincit hodie ministros nequicie. Vt hunc ergo per patronum consequamur vite donum. In illius die festo chorus noster letus esto Iocundum in ecclesia. Decantans alleluia. Si infra lxx. euenerit tract.

Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. V. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. V. Posuisti

sup caput ei⁹ corona̅ de lapide p̄cio so. Cō̄ Nisi gnū. i cor. f. iij. Offer. Gloria ꝛ honore coronasti eum et ꝯstituisti eū sup opa manuū tuaꝝ

Gloriosi martyris (dn̄e. Sec. tui vicētij dn̄e q̄s iteruētione hostiā quā offerim⁹/tibi placitam effice ꝛ acceptā. p. Cō Qui vult ve nire post me abneget semetipm et tollat crucē suā ꝛ sequat me p⁹cō.

Beati vincentij martyris tui dn̄e suffragijs exoratus: per cepti sacramēti nos q̄s virtute de fende. Per dn̄m. ¶ In conuersio ne sancti pauli apostoli. Officium.

Letemur omnes in dn̄o hodiernū diem solenni ter celebrantes in quo beatus paulus conuer sione sua p̄sentē mūdū decorauit ℣ De illustratiōe sctē p̄dicationis et de cōuersione beati pauli. Oro.

Deus qui vniuersū mūdum beati pauli ap̄li tui predica tiōe docuisti: da nobis q̄sumus. vt qui eius hodie conuersionem coli mus: per eius ad te exempla gra diamur. Per dn̄m. Memoria de sancto preiecto martyre. Oratio.

Sancti preiecti martyris tui nos q̄s dn̄e in teruentio glo riosa cōmēdet: vt qd̄ nostris acti bus non meremur: eius precibus assequamur. Per dominum nr̄m Lectio actuum apostolorum. ix. ca

In diebus illis: Saulus ad huc spirans minarū et cedis in discipulos dn̄i: accessit ad prin cipē sacerdotū et petijt ab eo epy stolas in damascū ad synagogas vt si quos inueniret huius vie vi ros ac mulieres vinctos perduce ret hierl̄m. Et cū iter faceret: con tigit vt appropinquaret damasco Et subito circunfulsit eum lux de celo: cadens in terram audiuit vo cem dicentem sibi. Saule saule: quid me persequeris? Qui dixit Quis es dn̄e? Et ille. Ego sum ie sus: quem tu persequeris. Durum est tibi: contra stimulū calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Dn̄e quid me vis facere? Et dn̄s ad il lum. Surge et ingredere ciuitatē: et dicetur tibi quid te oporteat fa cere. Viri autē illi qui comitaban tur cum eo stabant stupefacti: au dientes quidē vocem: neminē au tem videntes. Surrexit autē sau lus de terra: apertisqꝫ oculis ni chil videbat. Ad manus autē illuꝫ trahentes: introduxerunt dama scum Et erat ibi tribus diebus nō videns: et non manducauit neqꝫ bibit Erat autem quidam discipu lus damasci: nomine ananias. Et dixit ad illū in visu dn̄s. Anania. At ille ait Ecce ego domine. Et do minus ad eum. Surge et vade in vicuꝫ qui vocatur rectus: et quere in domo iude saulū noīe tharsen sem / ecce eni orat. Et vidit virum ananiā noīe introeuntē et ipponē tem sibi manus: vt visum recipiat Respondit autē ananias. Dn̄e au diui a multis de viro hoc quanta mala fecerit sanctis tuis in hieru salē: et hic habet potestatē a prin cipibus sacerdotū alligandi om̄es qui inuocant nomen tuum. Dixit autē ad eum dn̄s. Vade / quoniam vas electionis michi est iste: vt por tet nomen meum coraꝫ gentibus et regibus et filijs israel. Ego eni ostendā illi: quanta oporteat eum p̄ nomine meo pati. Et abijt ana nias et introiuit in domum: et im ponens ei manus dixit. Salue fra ter / dn̄s misit me iesus qui appa ruit tibi in vias qua veniebas: vt

videas et implearis spūsctō. Et con festi ceciderūt ab oculis ei⁹ tanq̄ si qua me ⁊ vsū recepit Et surgēs baptizatus est. Et cū accepisset cibū ꝯfortatus est. Fuit aūt cū disci pulis q̄ erāt damasci p dies aliqđ Et ꝯtinuo ingressus paul⁹ i syna gogas: predicabat iesū qm̄ hic est filius dei. Stupebāt aūt oms qui eū audiebāt: et dicebāt. Nōne hic est q̄ expugnabat in hierl'm eos q̄ inuocabāt nomen istud? Et hunc ad hoc venit vt victos illos duceret ad principes sacerdotū. Saulus autē multomagis cōualescebat: et cōfūdebat iudeos q̄ habitabant damasci. Affirmās: qm̄ hic est xp̄s. Gr. Qui opatus est petro in apl'atū opat⁹ est ⁊ michi iter gētes ⁊ cognouerl't gr̄aꝫ dei q̄ data ꝫ mihi. V. Gr̄a dei in me vacua nō fuit sed gr̄a ei⁹ sēp i me manet. All'a. V. Magn⁹ sāct⁹ paul⁹ vas electionis vere digne ꝫ glorificādus. Sequētia

Solēnitas sancti pauli deuote est recolēda. Quā dn̄s tanta ditauit gr̄a Ut doctor gentium ab oi voceł eccl'a Agnus de lupo De persecutore euāgelista. Mutata sūt opa mutał et onoma paulus nomiatur: qui saulus ante dictus fuerat Instigat⁹ furia dirum vir⁹ efflabat strage seuissima mēbra xp̄i seuiēs torquebat Lux ethera quem circūfulgens visu priuat Spūalē sed ei ītuitū donat. Colaphizat eum ne superbiat Sternit eū sed ruentē releuat. Deiectū ītcrepat. Increpans emēdat Fidei doctrinā cōmendat. Defensorē ecclesie ordinat. Impugnator. qui prius existerat. Secreta mystica Credenti reuelat. Que hoi loqui non licebat. Prius synagoga quē educauerat. Postmodū letał mater ecclīa. Mysteria Que nouerat Per totum iens orbem predicat. Uenit romā deū vnū annunciat. Nero resistit qui colebat ydola. Morte dira. Illū necat. Mundo exēptū mittit ad astra. Quo nos deus miserando perducat. Adiutos pce pauli sctā allā. Uel tract⁹

Tu es vas electionis sancte paule apl'e vere digne es glificād⁹ V. Predicator veritatis ⁊ doctor gētiū iveritate p te oēs gētes cognouerūt gratiā dei. V. Intcede p nobis ad deū q̄ te elegit. S. ma.

In illo tp̄e: Dixit symon. (sic) petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus oia: ⁊ secuti sumus te Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis ꝙ vos qui secuti estis me / in regeneratione cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue: sedebit ⁊ vos super sedes duodecim / iudicātes duodecim tribus israel Et omnis qui reliq̄rit domū vel fratres / aut sorores / aut patrem / aut matrē / aut vxorem / aut filios / aut agros propter nomen meū: centuplū accipiet / et vitā eternam possidebit Credo. Offr. Michi aūt nimis honorificati sūt amici tui de⁹ nimis. cōfortatus est pricipat⁹ eoꝝ. Sec.

Beati pauli apl'i tui precibus q̄s dn̄e plebis tue dona sctifica vt q̄ tibi grata tuo sūt instituto gratiora fiāt eius patrocinio supplicantis. p. Al'. se. de sctō precto

Suscipe dn̄e ppici⁹ orōnē nostrā cū oblationib⁹ hostiarū sup īpositis ⁊ vt piecti martyrꝫ tui dep̄catiōe pietati tue pfice benign⁹ acceptas. p. pfa. Et te do. Cō. Amen dico vobis ꝙ vos reliq̄stis oia et secuti estis me cētuplū accipietꝫ ⁊ vitā eternā possidebitis P. cō.

Salutari refecti mysterio q̄s omps deus: vt qui hūc diem in beati pauli apl'i tui conuersatione honorabilem haberi voluisti: nos quoq; conuersos a viciis / in tua semp facias seruitute gratulari. P. Alia. p⁹ cōio de sctō piecto

Da nobis q̄s dñe deus noster vt sicut beati preiecti martyris tui solennitate presenti gratulamur mysterio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominum.

Sancti iuliani epi. Officium.

Statuit ei dñs testamentum pacis et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū. P. Mias dñi: in eternū cātabo. Or.

Deus qui ecclesie tue beatū iulianū mirabilem tribuisti doctorē: concede: propicius / vt hūc apud te piū semper mereamur habere intercessorē. Per. Epla Dedit dñs. i cōi. fo. x. Gr. Ecce sacerdos magn⁹ q̄ in dieb⁹ suis placuit deo. V. Nō est iuētus similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. All'. V. Amauit eū dñs et ornauit eū stola glie induit eū. Euāg Uigilate q; ne. in cōi. fo. xi. Offr. Inueni dauid suū meū & i oleo sācto meo vnxi eū: man⁹ ei mea auxiliabit ei: et brachiū meū cōfortabit eū. Secreta

Respice dñe q̄s super hec que tibi offerimus: et beati pontificis iuliani meritis ab oībus nos erue peccatis. Per. Cōio. Beat⁹ seru⁹ quē cū venerit dñs iuenerit vigilantē amē dico vobis sup oīa bōa sua constituet eum. Postcomunio

Diuinis domie repleti sacramentis supplices deprecamur: vt beati pōtificis iuliani meritis nos dignos facias celestibus institutis. Per dominum.

Sancte agnetis scte Officium

Vultum tuū deprecabūtur oēs diuites plebis: adducētur regi virgies post eā proxime ei⁹ adducent tibi i leticia et exultatione. P. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solennitate letificas: da vt quā veneramur officio: etiā pie cōuersationis sequamur exēplo. Per. Epla. Qui gloriat. in cōi. fol. xv. Gr. Specie tua & pulchritudine tua intēde prospere procede et regna. V. Propter veritatē & māsuetudinē & iusticiā & deducet te mirabiliter dextera tua All'a. V. Hec est virgo sapiens quā dñs vigilantē inuenit. Si hoc festū vel aliqd aliud festū. iii. f. ifra lxx. vsq; ad caput ieiunii eue. nō d; Allā post eplam nec tractus s; gr cum suo. V. tm. Euang. Simile est reg. celor. decē. in cōi. fo. xv. Offr. Offerētur regi virgines post eam proxime ei⁹ offerent tibi. Secreta

Grata tibi sit q̄s dñe munera nostra: quibus sancte agnetis virginis tue et martyris magnifica solēnitas recēset. p d. Cō. Simile est regnū celor. hoi negociatori querēti bonas margaritas iuēta vna preciosa margarita dedit oīa sua et cōparauit eā. P⁹ cō

Sumpta dñe q̄s sancta mysteria nos iterius exteri⁹ q; cōseruēt et intercedente beata agnete martyre tua presentē nobis conferant clementiā eternam. Per. d

Sancte batildis regine. Offīn.

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre con=

fortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum vbū bonū: dico ego opa mea regi. Gloria patri. Oratio

Beate batildis natalicia venerāda dñe q̄s ecclesia tua deuota suscipiat: et fiat magne glorificationis amore deuotior: et tāte fidei pficiat exēplo. p. Epla. Sapiētia vincit. in cōi. fo. xv. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniqtatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Allā. ℣. Diffusa est gr̄a i labiis tuis: propterea bñdixit te deus i eternū. Euange. Simile est regnū celoꝝ thesauro in cōi. fo. xv. Offer. Offerētur regi virgines post eā proxime eius offerētur tibi i leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta.

Ut hec munera dñe tibi accepta sint sācte batildis obtineant merita: que seipsā tibi hostiā viuā: sanctā ꝗ beneplacentem exhibuit. p. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū. Postcōio.

Refecti alimonia celesti ops pater q̄s pietatē tuam vt intercessione sancte batildis mie tue gratiā consequi mereamur. Per.

¶ Scte brigide virginis. Officiū. Vultū. vts. folio precedenti. Or.

Sancte brigide virginis tue q̄s p̄catio tibi grata nos adiuuet: et tuam nobis indulgentiā poscere nō desistat. Per do. Epla. Qui gloriatur. in cōi folio. xv Gr. Diffusa est gr̄a i labiis tuis ppter ea bñdixit te deus i eternū. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē et iusticiā ꝗ deducet te mirabilit dextera tua. Allā. ℣s. Spē tua et pulchritudie tua intēde pspere pcede et regna. Euā. Simile est re. c. e. de in cōi fo. xv. Offer. Offerentur regi virgies post eā prime ei⁹ offerent.

Sacrificiis dñe (tibi. Secreta placat⁹ oblatis itercedente btā brigida virgie tua opē tuā nobis q̄s nr̄is tp̄ibus clemēter ipēde p. Cōio. Quiq; prudētes virgines accepert oleū i vasis suis cū lāpadib⁹ media aūt nocte clamor fact⁹ est ecce spōsus venit exite obuiam (xpo dñō. Postcōio.

Beate bri gide virginis tue precib⁹ fidelib⁹ tuis dñe sūpta munera suffragētur: ꝗ q̄ tibi placuit nobis im plorēt auxiliū. p d.

¶ In purifica. beate marie virginis cātata hora sexta fiat benedictio luis solēniter a pōtifice vel a sacerdote cappa serica induto cū aliis indumētis sacerdotalibus sup supremū gradū altaris conuerso ad australem sic incipiente. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Oremus. Or.

Benedic ✠ dñe iesu xpe hanc creaturā cere supplicantib⁹ nobis et infūde ei per virtutē sctē crucis benedictionē celestē: vt qui eā ad repellēdas tenebras humano vsui tribuisti: talem signaculo sancte crucis tue fortitudinē ꝗ benedictionē accipiat vt quibuscūq; locis accensa siue apposita fuerit discedat dyabolus et cōtremiscat et fugiat palidus cū omnibus ministris suis de habitationib⁹ illis nec presumat amplius inquietare seruiētes tibi. Qui cū deo patre et spiritu sancto viuis et regnas de⁹ Per omnia secula seculorū. Amē.

Et dicuntur omes orōes cum Oremus sub eodem tono. Nō dicitur Dñs. vo. nisi ante primā orōē tm̄

Dominus sctē pater ops Or. eterne deus: qui omia ex nichilo creasti: et iussu tuo per opa apū hunc liquorē ad perfectionem

cereorum peruenire fecisti: et qui hodierna die petitionem iusti simeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has cādelas ad vsus hoim et sanitatē corporū et aiarū preparatas siue in terra siue in aquis per inuocationē sancti nominis tui: et per intercessionē sctē marie sēper virginis cuius hodie festa deuote celebrātur: & per preces oim sanctorum tuorum bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris: vt huius plebis tue que illas honorifice in manibus portare desiderat: teqȝ laudando exultare: exaudias voces de celo sancto tuo & de sede maiestatis tue: et propicius sis oibus clamātibus ad te: quos redemisti precioso sāguine filii tui Qui tecum et spiritu sancto viuit et gloriatur deus. Per oia secula seculorum Amen. Oremus. Orō.

Omnipotens sēpiterne deus qui hodierna die vnigenitum tuum vlnis sancti symeonis in tēplo sācto tuo suscipiendū presentari voluisti tuam supplices deprecamur clementiam: vt hos cereos quos nos famuli tui in tui nois magnificentia suscipientes gestare cupimus luce accensos bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare atqȝ lumine superne benedictionis accendere digneris quatenus eos tibi dño deo nostro offerendo digni et sancto igne dulcissime tue claritatis succensi: in templo sancto glie tue representari mereamur. Per eundē dñm nostrū iesū xpm filiū tuum q tecum viuit et regnat in vnitate spūs sancti deus. Per oia scla seculorū. Amē. Dñs vobiscū. Et cum spū tuo. Sursū corda Habemus ad dñm. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est


Vere dignū et iustū est equū et salutare: nos tibi sēper et vbiqȝ grās agere: dñe sācte pater ops eterne deus. Fons et origo totius luis: qui mundū illustrati lumie tue claritatis: mittēdo nobis vnigenitū tuū per vterū intemerate virginis Et quē longe ante pmisisti pphetarū oraculis tpibus nouissimis misisti lucē ppłis sedētibus i tenebris. Te ergo domine deprecamur. vt has candelas noi tuo pparatas tua benedictione digneris benedi ✠ cere: qui nos trāstulisti a potestate tenebrarum i lucē dilecti filii tui et regnū. Per quem exortum eum in tenebris lumē rectis corde & gaudium salutis eterne. Et q iusti symeonis implesti expectationē: vt nō prius videret mortē q̄ eiusdē xpi filii tui visibilem incarnationē totius mūdi lumen et salutē: nos lumine tue claritatis sic repleas vt oēs inimici delitatis tenebras a nobis repellas Et sicut seruū tuū hodie dimisisti in pace sic nos in pace ecclesie tue sancte digneris gubernare. vt portum quietis eterne valeamus intrare. Quatenus radiis vere lucis perfusi ibi in die examinis leticum hymnidicis angelorum choris valeamus videre faciem indefessi solis. Hic mutet vocem suam quasi legendo. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spūs scti deus Per oia scla sclorū. Respondet. Amen Hic aspgātur candele aq̄ bñdicta et thurificētur. Deinde sequatur Dñs vobiscum. Oremus. Oratio

Domine sācte pater ops lumen indeficiens qui es cōditor oim luminū: bñ ✠ dic hoc lumen tuis fidelibus in honorē nois tui portandum quatenus a te sācti-

ficati atq; bñdicti lumine tue claritatis accēdamur & illuminemur et ꝓpicius concedere digneris vt veluti eodē igne quōdā illumina vt moysē famulū tuum: ita illuies corda nr̃a et sensus nr̃os quaten⁹ ad visionē eterne claritatis puenire mereamur. Per xp̄m dominū nostrum. ℞. Amen. Oremus. Or.

Omnip̄s sēpiterne de⁹ qui vnigenitū tuū ante tp̄a de te genitū: sed tp̄aliter de maria virgie incarnatū: lumen verum et indeficiens ad repellendas hūani generis tenebras: et ad incendendum lumen fidei et veritatis misisti in mundum: cōcede ꝓpicius: vt sicut exterius corpali ita etiā interi⁹ luce spūali radiari mereamur. Per eundē. Peracta candelabrū bn̄dictione distribuant et int erim cantetur. an̄. Lumē ad reuelationē. ps Nūc dimittis. tot⁹. ꝑ. dr̄ cū Gloria patri. et post vnūquēq;. v̄. repetat. an̄.

¶ Ad missam. Officium.



Uscepimus de⁹ misericordiā tuā i medio tēpli tui ſm nomē tuum deus ita & laus tua i fines terre iusticia plena est dextera tua ps Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Oratio.

Omnip̄s sēpiterne de⁹ maiestatē tuā supplices exoram⁹ vt sicut vnigenitus fili⁹ tu⁹ hodierna die cū nr̃e carnis substancia in tēplo est p̄sentat⁹: ita nos facias purificatis tibi mētib⁹ presentari P. eūdē. Lcō malachie ꝓphete. .iii.

Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego mitto angelū meū q̄ p̄parabit viā ante faciē meam. Et statim veniet ad tēplū sctm̄ suū dn̄atorē quē vos q̄ritis & angel⁹ testamēti quē vos vultis. Ecce enī venit dicit dn̄s exercituū Et q̄s poterit cogitare diē aduēt⁹ ei⁹. Et q̄s stabit ad vidēdū eū. Ipse ei quasi ignis cōflans & q̄si herba fullonū. Et sedebit cōflās & emūdās argentū: et purgabit filios leui. Et conflabit eos q̄si aurū et q̄si argentū: & erūt dn̄o offerentes sacrificia i iusticia Et placebit dn̄o sacrificiū iuda et hirlm̄: sicut dies secli et sicut anni antiq̄. Dicit dn̄s op̄s. Gr. Suscepim⁹ de⁹ miaȝ tuā i medio templi tui scd̄m nomē tuū dn̄e: ita et laus tua i fines tre. v̄. Sicut audiuim⁹ ita et vidim⁹ i ciuitate dei nr̄i i mōte sctō eius. Allā. v̄. Adorabo ad tē plū sctm̄ tuū et cōfitebor noi tuo.

¶ Hac die dicit̃ sequētia licet infra lxx. hoc festū cōtigerit. Sequētia

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mundi domina que es sola castissima virginum regina. Salutis causa vite porta atq; celi referta gratia. Nam ad illam sunt nūcia olim facta āgelica. Aue maria gratia dei plena p sc̄ła. v̄. p̄cedēs dicit̃ hac die tm̄. Mulierū pia agmina intra sēper bn̄dicta. Uirgo & grauida mater itacta ple gliosa. Cui cōtra maria hec reddit famina In me quō tua fient nūcia. Uiri noui nullā certe copulā Ex quo atqȝ nata sū incorrupta. Diua missus ita redidit affata. Flatu sacro plena fies maria Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portans qui gubernat eterna. Omnia qui dat tē pora pacifica. Tunc sacerdos et eius ministri in sedibus iuxta altare priuatim dicant. Tractus

Nunc dimittis seruū tuū domine scd̄m vbū tuū i pace. ℣. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. ℣ Quod parasti āte faciē oim populoꝝ. ℣ Lumē ad reuelationē gentium ꝛ gloriā plebis tue israel Secundum lucam.ii.capitulo.

In illo tēpore: Postq̄ ipleti sūt dies purgationis marie scd̄m legem moysi: tulerūt iesum in hierusalē vt sisterent eum dn̄o. sicut scriptū est in lege dn̄i. Quia omne masculinū adaperiens vuluā: sanctū dn̄o vocabitur. Et vt darent hostiam scd̄m quod dictū est in lege dn̄i: par turturum aut duos pullos colūbarū. Et ecce hō erat in hierusalem cui nomen symeon et homo iste iustus ꝛ timoratus expectans consolationē israel Et spūs sanctus erat in eo. Et responsum accepit symeon a spiritu sancto nō visurum se mortem nisi prius videret xp̄m dn̄i Et venit in spū in tēplū. Et cū iducerēt puerum iesum parentes eius vt facerent secūdum cōsuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eū in vlnas suas: et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruū tuū dn̄e. secudū verbū tuū in pace. Qꝛ viderūt oculi mei: salutare tuū. qd̄ parasti ante faciē oim populorū. Lumen ad reuelationem gentium: ꝛ gloriam plebis tue israel. Credo Offr̄. Diffusa est grā i labiis tuis: propterea bn̄dixit te deus in eternum et in seculū seculi. Secreta.

Presta q̄s op̄s deus vt sicut hodierna die munera venerāda filii tui oblatione cōsecrantur: sic ipsius gloriose genitricis precibus sempiterni luminis nobis claritas conferatur. Per eūdē Prefatio. Quia per incarnati.

Cōio Responsū accepit symeon a spū sancto non visurum se mortē nisi videret christū dn̄i. Postcōio

Quesumus dn̄e deus noster: vt sacrosācta mysteria que pro reparationis nostre munimine ꝯtulisti: intercedente btā sēper virgine maria: et presēs nobis remediū esse facias et futurū. Per.

¶ Scti blasii epi ꝛ martyris. offi.

Sacerdotes dei bn̄dicite dn̄m sancti et humiles corde laudate deum. ℣ Bn̄dicite omnia opera domini domino laudate ꝛ superexaltate eum in secula. Oratio

Beatus martir tuus blasius dn̄e nobis mie tue imploret auxiliū vt cui⁹ festa celebram⁹ ei⁹ apd̄ te patrocinia sētiam⁹. p. Epl̄a Ois pōtifex. in cōi fo. v. Gr̄ Dn̄e preuenisti eū i bn̄dictionib⁹ dulcedinis posuisti i capite eius coronā de lapide precioso. ℣ Uitā petiit ꝛ tribuisti ei longitudinē dieꝝ i seculū seculi. Allā. ℣. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioso Euāge. Nichil optū. in cōi fo. v. Offr̄. Glia ꝛ honore coronasti eū et cōstituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Maiestati tue domine hostiarum oblationes offerimus peccantes: vt intercessione beati blasii martyris tui atq̄ꝫ pontificis fiant accepte in quo filii tui domini nostri iesu xp̄i dilectio flagrauit Qui te. vi. Cōio. Posuisti dn̄e in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso Postcō.

Mysteria q̄s dn̄e que in sancti blasii martyris tui atq̄ pontificis cōmemoratione sūpsimus nos tueantur: cuius hodie deuotis officiis recolimus passionem. Per dominum nostrum.

¶ Sancte agathe virgis. Officiū

G Audeamus oms in dño dié festū celebrātes sub honore agathe martyris de cui⁹ passione gaudent angeli et collaudant filiū dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Oratio.

D Eus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriā martyrii cōtulisti cōcede propicius vt q̄ btē agathe virginis et martyris tue natalicia colimus: p eius ad te exēpla gradiamur. Epla Cōfitebor tibi in cōi.fo xiii. Gr. Adiuuabit eam deus vultu suo deus in medio ei⁹ nō cōmouebitur. v. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei sācti ficauit tabernaculū suū altissim⁹ Allā. v Emulor enim vos dei emulatione: despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere xpo. Sequeñ. Exultemus. vel tractus Diffusa est. Euāge. Simile est regnum ce. thesau. q̄re oia in cōi fo. xiii. Ofer. Offerentur regi virgines post eam proxime ei⁹ offerent tibi in leticia et exultatione adducentur in tēplū regi dño. Secreta

I N cōmemoratione btē agathe virginis tue et martyris altaria tua domine mysticis muneribus cumulamus maiestatem tuā suppliciter deprecantes: vt ipsius adiuuātibus meritis cunctis mereamur carere cōtagiis. p. Cō. Qui me dignat⁹ ē ab oi plaga curare: et mamillā meā meo pectori restituere ipm inuocabo deū viuū. p⁹cōio

C Elesti refectā myste rio tuere q̄s dñe familiā tuā vt intercedēte btā agatha virgine tua et martyre: salutis eterne remedia que te aspirante req̄rimus te largiēte cōsequamur. ¶ Sctōrū vedasti et amandi epor. Offi.

S Acerdotes eius induāt salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. ps Memēto domine dauid et ois mansuetudinis eius. Oro.

A Desto dñe pplo tuo cū sctōrū cōfessorū tuor atq; pōtificū vedasti et amādi tibi patrocinio supplicanti: vt qd ppria fiducia nō presumit: intercessorū tibi placentiū meritis consequat. Per Epla. Plures facti. in cōi. fo. xiii. Gr. Sacerdotes ei⁹ iduāt salutaria: et sancti eius exultatione exultabunt. v Illuc producā cornu dauid sparaui lucernā xpo meo. Al. v Fulgebūt iusti et tāq̄ scītille i arūdineto discurrēt in eternū. Euan. Sint lumbi vestri in cōi folio. xiii. Offer. Exultabūt sācti in gloria: letabūtur i cubilib⁹ suis: exultationes dei in faucibus eor. Secreta.

H Ostias laudis dñe tuis altaribus adhibem⁹ q̄s eorū tibi patrociniis cōmēdādas suppliciter exoramus: in quorū: veneratione pietati tue hec sacrificia offerimus. Per. Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat p⁹cō

S Umentes dñe diuina misteria q̄s vt sctōr cōfessor tuorū atq; pontificū vedasti et amandi precibus sanctificationem nobis iugiter operentur. Per dñm.

¶ Scte scolastice virgis. Officiū.

D Ilexisti iusticiā et odisti iniquitatē ppterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui beate virginis tue scolastice aiam ad ostēdēdā innocētie viam i colūbe specie celos penetrare fecisti: da nobis q̄s eius meritis ita inocenter viuere vt ad eādē mereamur gaudia peruenire. p. Epla. Sapientia vincit in cōi. fo. x v. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē. V. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie. Allā. V. Diffusa est grā i labiis tuis: propterea bn̄dixit te deus in eternū. Euāge. Simile est regnū celoꝝ decē virgi. i cōi fo. xv. Offr. Offerētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi. Secreta

SUscipe q̄s dn̄e desideria supplicātiū fideliū cū oblationibus hostiarum: vt interueniente btā scolastica virgine tua: que te sincero dilexit amore: nec fides in nobis torpeat: nec caritas te pereat. Per. d. Cōio Diffusa est gratia i labiis tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternū. Postcōmunio.

FAmiliā tuā q̄s dn̄e spiritualicibo satiatam: beate virginis tue scolastice meritis ꝓpicius respice vt sicut ipsius precibus ad obtinēdum quod cupiuit imbrem celitus descendere fecisti. ita eius supplicationibus ariditatem cordis nostri superne digneris gratie rore perfundere. Per dominū.

¶ Sācti valētini epi et mr. Offm.

IN virtute tua dn̄e letabitur iustus: et super salutare tuū exultabit vehementer: desideriū anime eius tribuisti ei. ps. Dn̄s preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Oratio

PResta quesumus oīpotens deus: vt qui beati valentini martyris tui natalicia colimus a cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per dn̄z. Epla. Beatus vir qui inuentus. in cōi. fo. iiii. Gr. Beatus vir q̄ timet dn̄m: in mādatis ei⁹ cupit nimis. V. Potens i terra erit semen eius generatio rectoꝝ benedicetur Allā. V. Beatus vir qui suffert tentationem: qm̄ cum probatus fuerit accipiet coronā vite. Euange. Si quis vult post me ve. in cōi fo. iiii. Offr. In virtute tua letabitur iustus et super salutare tuum exultabit vehementer desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta

SAcrificiū domine quod offerimus gratum tibi quesum⁹ beatus martyr valentinus suffragator efficiat. Per dominum.

Cō. Magna est gloria eius i salutari tuo gl'iam et magnū decorem impones super eum domine. P⁹cō.

QUos celesti domine substantia recreasti beati valentini martyris tui meritis a cunctis quesumus exime propiciatus aduersis. Per dn̄m.

¶ Sācte iuliane virginis et martyris. Officium.

LOquebar de testimoniis tuis i conspectu regum et non confundebar: et meditabar i mādatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio

OMnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis vt fortia queq; confundas da nobis in festiuitate sancte martyris tue iuliane cōgrua deuotiōe gaudere vt et potentiam tuam in ei⁹ passione laudemus et promisum nobis percipiamus auxilium. Per dominum. Epystola. Domi-

He deus meus. in cōi folio .xiii.

Gr. Diffusa est gratia ī labiis tuis: ꝓpterea bñdixit te de⁹ ī eternū V. Propter veritatē ⁊ mā suetudinem et iusticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Allā. V. Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. Euangeliū. Simile est regnū celoꝝ thesauro abscō. in cōi folio. xiiii. Offr. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta

Ipsa sancte martyris tue iuliane passione ꝑciosa te domine mirabilem predicātes munera deuotiua deferimus presta quesumus: vt sicut ei⁹ tibi grata sūt merita: sic nostre seruitutis accepta reddantur officia. Per dñm. Cōio. Simile est regnū celoꝝ homini negociatori querenti bonas marguaritas in venta vna ꝑciosa margarita: dedit omnia bona sua et comparauit eam Postcōmunio.

Libātes domine mense tue beata mysteria quesumus: vt sancte iuliane martyris tue interuenientib⁹ meritis ⁊ temporalem nobis misericordiam tribuas et eternam. Per dominum

¶ Cathedra sancti petri. Officiū

Statuit ei dominus testamentum pacis ⁊ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atqꝫ soluendi pontificium tradidisti. cōcede ꝓpici⁹: vt intercessionis ei⁹ auxilio: a pctōꝝ nostroꝝ nexibus liberemur. Qui viuis et regnas

Lectio epl'e beati petri apostoli. i. c

Petrus apostol⁹ iesu xp̄i electis aduenis dispersionis ponthi galatie: capadocie asye et bythinie secundū prescientiā dei patris in sanctificationem spirit⁹ in obedientiā et aspsionē sanguinis iesu xp̄i. gratia vobis et pax multiplicetur. Bñdictus deus et pater dñi nr̄i iesu xp̄i: qui secūdum magnā miam suam regenerauit nos in spē viuā per resurrectionē iesu xp̄i ex mortuis in hereditatem incorruptibilē et incontaminatā immarcessibilem conseruatam in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in variis tribulatibus vt probatis fidei vestre multo preciosior sit auro qđ per ignem probat Inueniat in laudē ⁊ gliam et honorē in reuelationem iesu xp̄i dñi nostri. Gr. Exaltent eū in ecclia plebis: et in cathedra senioꝝ laudem eum. V. Confiteant dño mie eius: ⁊ mirabilia eius filiis hominū. Tractus

Tu es petrus et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meam V. Et porte inferi non preualebūt aduersus eā: ⁊ tibi dabo claues regni celorum. V. Quodcunqꝫ ligaueris super terrā erit ligatū et in celis. V. Et quodcunqꝫ solueris super trrām erit solutum et in celis Secundum matheum .xvi. capt.

In illo tempore: Uenit iesus in partes cesaree philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hoīs? At illi dixerunt. Alii iohannē baptistā: alii autē helyā alii vero hieremiā aut vnū ex pro-

phetis. Dixit illis iesus. Uos autē quē me esset dicitis? Respondens autē symon petrus: dixit. Tu es xp̄s filius dei uiui. Respondens autē iesus: dixit ei. Beatus es symon bariona q2 caro et sanguis non reuelaui tibi: sed pater meus q̄ in celis est Et ego dico tibi: quia tu es petrus: et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. Et porte inferi non preualebūt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorū Et quodcūq3 ligaueris sup terrā erit ligatum et in celis. Et quodcūq3 solueris sup terrā: erit solutū et in celis. Credo. Offe. Constitues eos principes sup oēm terrā: memores erunt nois tui in oī pro genie et generatione. Secreta

Ecclesie tue q̄s dn̄e preces et munera beati petri ap̄li tui cōmēdet orō: vt q̄d pro illius gloria celebram⁹: nobis p̄sit ad veniā Per Prefatio Ette dn̄e Cōio. Tu es petrus et sup hanc petrā edificabo ecclesiam meam. Postcōio.

Letificet nos dn̄e q̄s munus sūptū: vt sicut in ap̄lo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per dominum

¶ Sancti mathie ap̄li. Officium.

Michi autē nimis honorati sūt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ps Dn̄e p̄basti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionē meā. Glia patri. Or.

Deus qui beatū mathiā ap̄lorum tuorum collegio sociasti tribue quesumus vt eius in teruentione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per.

Lectio actuum apostolorum. i. c.

In diebus illis. Exurgens petrus in medio fratrū dixit Erat autē turba hoiūm simul fere centū viginti. Uiri fratres oportet ipleri scripturam quā predixit sp̄us sāctus per os dauid de iuda qui fuit dux eorū qui comprehenderūt iesū: qui connumeratus erat in nobis et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidē possedit agrū de mercede iniq̄tatis: et suspēsus crepuit medius: et diffusa sūt oia viscera eius. Et notum factū est oib⁹ habitātib⁹ hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorū acheldemach: hoc est ager sanguinis Scriptū est eni in libro psalmorū. Fiat cōmemoratio eius deserta et non sit q̄ inhabitet in ea: et epyscopatū eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris q̄ nobiscum cōgregati sunt in oī tp̄e quo itrauit et exiuit iter nos dn̄s iesus incipiens a baptismate iohānis: vsq3 in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: ioseph qui vocabatur barsabas qui cognominatus est iustus et mathiam. Et orantes dixerunt Tu domine qui corda nosti omnium ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locū misterij hui⁹ et apostolatus de quo preuaricatus est iudas: vt abiret in locū suū. Et dederūt sortes eis: et cecidit sors sup mathiā. Et annumeratus est cum vndeci ap̄lis. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est p̄cipatus eorum. V⁹ Dinumerabo eos et sup arenam multiplicabuntur. Tractus.

Beatus vir qui timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis

V. Potens in terra erit semen ei⁹ gñatio rectoꝝ bñdicetur. Glia et diuitie i domo ei⁹: ⁊ iusticia ei⁹ manet in seculũ seculi. S. math. x.

In illo tempore. Respondẽs iesus dixit. Confitebor tibi pater domine, celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia michi tradita sunt: a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: et discite a me quia mitis sũ et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est: et onus meũ leue. C redo. Offr. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta

Deus qui proditoris apostate ruinam ne apostolorum tuorum numerum sacratus perfectione careret: beati mathie electione supplesti: presentia munera sanctifica: et per ea nos gratie tue virtute confirma. Per dñm. Prefatio. Et te dñe. Cõio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribus israel dixit domin⁹. Postcõ.

Presta q̃s ops et misericors de⁹: vt per hec sctã q̃ sũpsimus interueniente btõ mathia apl̃o tuo veniã cõsequamur et pacem. Per

C Scti dauidis epi et ↄfes. Offm

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotiũ dignitas in eternum. Ps. Misericordias dñi ineternum cantabo. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt beati dauidis confessoris tui atq; pontificis venerãda solennitas: et deuotionẽ nobis augeat ⁊ salutem. Per do. Eplã. Ecce sacerdos magn⁹ q̃ i dieb⁹ su. in cõi. folio. x. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. V. Vitã petijt et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Tractus Btũs vir qui timet dñm. vts. Euangel. Homo quidã peregre. in cõi fo. xi Offr. Veritas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Respice quesumus domine munera populi tui in beati dauidis confessoris tui atq; pontificis honore oblata et tue testificatio veritatis nobis ꝓficiat ad salutẽ. Per d. Cõ. Btũs seruus quẽ cũ venerit dominus inuenerit vigilãtem: amen dico vobis super oĩa bona sua constituet eum. Postcõ.

Nos tuis domine reficis sacramentis sancti dauidis cõfessoris tui atq; pontificis attolle benignus suffragiis vt nostre redẽptionis effectum et mysteriis capiamus et moribus. Per dominum nostrum iesum. C Sancti cedde epyscopi et confessoris. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite oia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui nos beati cedde confessoris tui atq; pontificis hodier-

na festiuitate letificas: tuaz suppli ces exoramus clementiam: vt cu- ius solennia deuotis officiis vene ramur ei⁹ ptis suffragiis vite eter ne remedia cõsequamur. Per do- minum. Epla. Dilectus deo in cõi fo.x. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V⁹ Non est inuẽtus similis illi qui cõ seruaret legẽ excelsi. Tractus Be atus vir vts. i proximo folio. Euãg. Uidete vigilate. in cõi fo.xi. Offr. Inueni dauid seruũ meũ et i oleo sãcto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meuz confortabit eum. Secreta

Propiciare dñe q̃s supplica- tionibus nostris: et interce- dente pro nobis beato cedda con- fessore tuo atq pontifice his sacra mentis celestibus seruiẽtes: ab oi culpa liberos esse concede: vt puri ficãte nos gratia tua eisdem qui- bus famulamur mysteriis emũde mur. Per. Cõio. Dñe quinq talen- ta tradidisti michi ecce alia quinq superlucrat⁹ sũ euge serue fidelis q: i pauca fuisti fidelis supra multa te ɔstituã i trai gaudiũ dñi tui. P⁹cõ.

Presta q̃sum⁹ domie deus no ster: vt diuinis misterijs ex piati intercedente beato cedda cõ fessore tuo atqz põtifice: ad super ni plenitudinez sacramenti cuius libaminis sancta tendamus. Per

¶ Sctãr. ppetue & felicitatz. Offm

Uultũ tuuz deprecabun tur oẽs diuites plebis adducentur regi virgi- nes post eaz prime eius adducẽt tibi in leticia & exultatio- ne. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Oro

Da nobis q̃s dñe deus noster sãctar martyr tuar perpe- tue & felicitatis palmas icessabili deuotiõe venerari: vt quas digna mente non possumus imitari: hu militnis saltem frequẽtemus ob- sequijs. Per. Epla. De virginib⁹ autẽ preceptũ dñi non habeo. i cõi fo.xv. Gr. Gloriosus deus in san ctis mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. V. Dextera tua dñe glifi cata est in virtute dextera manus tua confregit inimicũ. Euãge. Si mile est regnum ce. de i̅n cõi fo.xv Offr. Offerẽt regi virgĩes post eã pxĩe eius offerentur tibi. Secreta

Intende dñe munera q̃s alta ribus tuis pro sctãr martyr tuarũ perpetue et felicitatis com memoratione pposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gl̃iam con tulisti: sic nobis indulgentiam lar giaris et grãm. Per dominũ. Co. Quinqz prudentes virgines acce perunt oleum in vasis suis cũ lam padibus: media autem nocte cla mor factus est ecce sponsus venit exite obuiam xp̃o dño. Postcoio.

Sanctarũ martyrum tuaruz ppetue & felicitatis festiuita te et sacramenti diuini munere ve getati. q̃s domie: vt sicut bonis tu is per tuaz gratiã tẽporaliter foue mur ita perfruamur eternis. Per

¶ Si aliqd ieiuñ triũ lectionũ a ca pite ieiunij vsqz in crastinum octa. pas. ɔtig. nichil ide fiat nec ẽt mẽo.

¶ Patricij epi & cõfesso. Officium

Statuit ei dominus te- stamentũ pacis et prin- cipem fecit eum: vt sit il- li sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Misericordias do- mini in eternum cantabo. Oratio.

Da q̃s oĩps deus vt beati pa- tricij cõfessoris tui atq pon tificis veneranda solennitas et de

notionē nobis augeat et salutē. p
Epla. Ecce sacer. mag. qui in die.
in cōi. fo. x. Gr. Iurauit dn̄s et nō
penitebit eū tu es sacerdos i etnū
scdm ordinē melchisedech. Dixit
dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis
Tra. Beat⁹ vir q̄ timet dn̄z: i
mādatis ei⁹: cupit nimis. v.
Potēs i terra erit semē eius: gene
ratio rectorum benedicetur. v.
Gloria et diuitie in domo ei⁹ & iu
sticia eius manet in seculū seculi.
Euangel. Vigilate quia nescitis.
ī cōi folio. xi. Offr. Inueni dauid
suū meū & i oleo sācto vnxi eū: ma
nus eni mea auxiliabit ei: et bra-
chiū meū cōfortabit eū. Secreta.
Respice quesumus domine
munera populi tui in beati
patricii confessoris tui atq3 ponti-
ficis honore oblata: et tue testi-
ficatio veritatis nobis proficiat
ad salutem. Per dn̄m. Cōio. Fide
lis seruus et prudens quē constituit
dn̄s sup familiā suā vt det illis ci-
bū i tpē tritici mēsurā. Postcōio.
Quos tuis domine reficis sa
cramentis sancti patricii cō
fessoris tui atq3 pontificis attolle
benignus suffragiis: vt nostre re-
demptionis effectum et misteriis
capiamus et moribus. Per.

¶ Sancti gregorii [illegible] Officiū.

Sacerdotes dei benedici-
te dominum: sancti & hu
miles corde laudate deū
Ps. Bn̄dicite omnia ope
ra domini domino: laudate et sup
exaltate eum i secula. Oratio.
Deus qui anime famuli tui
gregorii eterne beatitudi-
nis premia contulisti: concede pro
picius: vt qui peccatorum nostro-
rum pondere premimur eius apd
te patrociniis subleuemur. Per.
Epla. Dedit domin⁹. in cōi folio. x
Gr. Iurauit domin⁹ & nō penite
bit eū tu es sacerdos in eternū se-
cundum ordinē melchisedech. v.
Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris
meis. Tractus. Beatus vir qui ti
met dn̄m. vts. Euangeliū. Vigi-
late q3 nescitis. in cōi. fo. xi. Offr.
Veritas mea & mia mea cū ipo & i
noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Se.
Intercessio q̄s dn̄e beatissi-
mi gregorii confessoris tui
atq3 pontificis: misericordie tue
munera nostra conciliat: vt quod
merita nostra non valent eius de
precatio nobis obtineat. Per do.
Cōio. Fidelis seruus et prudēs quē
cōstituit dn̄s super familiam suā:
vt det illis cibū in tempore tritici
mensuram. Postcōmunio.
Corporis sacri preciosiq3 sā-
guinis repleti libamine quesum⁹
domine deus noster: intercedente
beato gregorio confessore tuo at-
q3 pontifice certa redemptione ca
piamus. Per dominum nostrum

¶ Sancti edvvardi regis et mar
tyris. Officium.

Gloria et honore corona
sti eū/et constituisti eum
sup opera manuū tuarū.
Ps. Dn̄e dn̄s nr̄: q̄ admi-
rabile est nomē tuū i vniuersa tra
Deus eterni triūphator/ Or.
imperii familiā tuā ppicius
respice martyrū regē celebrātē ed
wardi: et presta vt sicut illū mune
re glorificare digneris celesti: ita
nos ei⁹ obtētu etne felicitati faci-
as dignanter ascribi. Per. Epla.
Btūs vir q̄ inuē. in cōi. fo. iiii. Gr.
Posuisti dn̄e sup caput eius coro-
nā de lapide p̄cioso. v. Desideriū aie
ei⁹ tribuisti ei & volūtate labiorū
ei⁹ non fraudasti eum. Tractus.

Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labiorum eius nō fraudasti eū. ỽ. Dn̄s preuenisti eū in bn̄dictionib⁹ dulcedinis. ỽ⁹ Posuisti sup caput eius coronā de lapide p̄cioso. Euāg. Si quis ve-nit. in cōi fo. v. Offr. Gloria ꝛ ho nore coronasti eū et cōstituisti eū sup opera manuū tuaꝝ. Secreta.

Ipstu erequesum⁹ eterne deus ad nostre humilitatis hostiā tibi in honore tui martyris ac re-gis edvvardi oblatam: quam tibi sacram oblationem mirabili dis-pensatione efficere voluisti et con cede nobis illius precibus ita i no center vincere vt ad eterna merea mur gaudia puenire. Per. Cōio. Magna est i glia ei⁹ salutari tuo gloriā et magnū decorem ipones super eum dn̄e. Postcommunio

Sancta tua nos domine sum-pta purificent: et beato mar tyre tuo ac rege edvvardo inter-cedente: ad perpetue beatitudinis consortium perducant. Per domi num nostrum. ¶ Sancti cuthber ti epyscopi et confessoris. Officiū

Statuit ei dominus te-stamentū pacis et prin-cipem fecit eum: vt sit il-li sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias do-mini in eternum cantabo Oratio

Deus qui p inestimabile mu nus gratie tue sanctos tuos facis esse gloriosos: presta quesu-mus: vt interueniente beato cuth berto confessore tuo atq3 pōtifice mereamur ad culmen virtutum peruenire. Per dominum. Epl'a. Ecce sacerdos magn⁹ qui in dieb⁹ in cōi. fo. x. Grad. Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebus suis placuit deo. ỽ⁹ Non est inuentus similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. Tr. Beatus vir qui timet dn̄m. vt s̄ in primo folio. Euāgelium. Homo quidam peregre. in cōi fo. x. Offr. Inueni dauid suū meū ꝛ i oleo scō vnxi eū man⁹ eni mea auxiliabit ei et brachiū meū cōfortabit eum.

M Etuētes dn̄m sustinete misericordias eius: et nō deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dn̄m credite illi: et nō euacuabit merces vestra. Qui timetis dn̄m sperate in illū: et in oblectatione veniet vobis misericordia. Qui timetis dn̄m diligite illum: ꝛ illuminabuntur corda vr̄a. Respicite filii nationes hominum et scitote qꝫ null⁹ sperauit in dn̄o et cōfusus est: et permāsit in mādatis ei⁹: et derelict⁹ est Aut quis inuocauit illum: et despexit eum? Qm̄ pius et misericors: est dn̄s deus noster. Gr. Timete dn̄m oēs sancti ei⁹ quoniā nichil deest timētibus eū. v Inquirentes autē dominum non deficient omni bono. Allā. v Mirabilis dn̄s noster i sāctis suis. Secundū marcum. xvi.

I N illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Euntes in mūdū vniuersū: p̄dicate euāgeliū oī creature. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero nō crediderit: cōdēnabitur Signa aūt eos qui crediderit: hec sequētur. In noie meo demonia eiciēt liguis loquētur nouis serpētes tollēt Et si mortiferū qd biberit nō eis nocebit Sup egros manus iponēt: ꝛ bene habebūt. Offr Letamini in dn̄o ꝛ exultate iusti: ꝛ gliamini omēs recti corde. Secre

P Ro sctōꝝ tuoꝝ ciriaci sociorūqꝫ eius martyrio venerādo tibi dn̄e laudis hostias imolamus tua mirabilia ptractātes: per q̄ tal' est pfecta victoria. p. Cō: Signa eos q̄ i me credēt hec sequētur: demōia eiciēt: sup egros manus iponēt ꝛ bene habebūt. P⁹cō

S Anctorū martyrū tuorum ciriaci sociorūqꝫ eius precibus confidentes q̄s dn̄e vt per ea que sumpsimus eterna remedia capiamus. Per dominū. ℭ In vigilia sancti laurētii martyr. Offm̄.

D Ispersit dedit pauperibus iusticia ei⁹ manet in seculū seculi: cornu eius exaltabit i glia. ps Beatus vir qui timet dominū in mādatis ei⁹ volet nimis. Oratio

D A q̄s omps deus: vt triumphū beati laurētii martyris tui quem despectis ignibus consummauit in terris: perpetua celorum luce conspicuum digno fidei feruore veneremur. Per do.

Mēoria de sancto romano mar.

P Resta q̄s omps deus: vt qui beati romani martyris tui natalicia colimus: intercessione eius in tui nominis amore robo-

temur. Per dñm. Lectio libri sapi
entie. Ecclesiastici. vltimo capi.
Confitebor tibi dñe rex: et col
laudabo te deum saluato-
rem meū. Cōfitebor nomini tuo
quoniā adiutor et protector fact⁹
es michi: et liberasti corp⁹ meum
a perditione A laqueo lingue ini-
que: et a labiis operantiū menda
cium. Et in cōspectu astātiū fact⁹
es michi adiutor: et liberasti me se
cundum multitudinem mie nomi
nis tui. A rugientibus preparatis
ad escam: de manibus querētium
animam meam: et de multis tri-
bulationibus que circundederūt
me. A pressura flāme que circūde-
dit me: et in medio ignis non sum
estuatus. De altitudine vētris in
feri: et a lingua coinquinata: et
a verbo mendatii. A rege iniquo
et a lingua iniusta liberasti me.
Laudabit vsq ad mortem anima
mea dñm: et vita mea appropin-
quans erat i inferno deorsum Cir
cundederūt me vndiq: et non erat
qui adiuuaret. Respiciens erā ad
adiutorium hominum et nō erat
Memoratus sū misericordie tue
dñe et cooperationis tue que a se
culo sunt: quoniam eruis sustinen
tes te et liberas eos de manu an-
gustie dñe deus meus. Gr. Disp-
sit dedit paupibus iusticia ei⁹ ma
net i seculū seculi. V. Potēs i terra
erit semē eius: gñatio rectorū be-
nedicetur. Si dñica fuerit dr Allā
V. Leuita laurentius bonū opus
operatus est qui p signū crucis ce
cos illuminauit: et thesauros ecclie
dedit pauperib⁹. Euāge. Si quis
vult post me. in cōi fo. iiii. Offer.
Oro mea nuda est ideo peto vt de
tur loc⁹ voci mee i celo qz ibi est iu
dex meus et cōci⁹ meus in eternū

ascēdat ad dñm deprecatio mea. Se.
Tanto placabiles tibi dñe q̄s
nostre sint hostie p̄to san-
cti martyris tui laurentii pro cu-
ius solēnitate exhibētur: tibi gra-
ta sunt merita. Per. Alia secreta.
Muneribus nostris q̄s dñe p̄
cibusq susceptis et celesti-
bus nos munda mysteriis: et iter
cedente beato romano martyre
tuo clementer exaudi. Per dñm.
Communio Qui vult venire post
me abneget semetipsum et tollat
crucē suā et sequatur me. P⁹cōio
Conserua domine quesum⁹
munus tuum in nobis: vt
quod te donante pro beati lauren
tii martyris tui solennitate perce
pimus: et salutē nobis operetur
et pacem. Per. Alia postcōmunio
Da q̄s dñe deus noster: vt si
cut beati romani martyris
tui temporali gratulamur officio
ita ppetuo letemur aspectu. Per.
¶ In die scti laurētii mar. Offi.
Confessio et pulchritudo
in conspectu eius: san-
ctitas et magnificentia
in sanctificatiōe ei⁹. Ps.
Cantate domino cāticum nouum
canate dño omnis terra. Oratio
Da nobis q̄s ops deus vicio
rum nostrorū flāmas extin
guere qui beato laurentio tribui-
sti tormentorū suorū incendia su-
perare. Per. Ad corinthios. ii. ix.
Fratres: Qui parce semi-
nat: parce et metet. Et q̄ se-
minat in benedictionib3: de bene
dictionibus et metet. Vnusquisq
prout destinauit in corde suo: nō
ex tristicia aut necessitate. Hila-
rē eni datorē diligit de⁹ Potēs est
aūt deus oēm grām habūdare fa-
cere i vobis: vt in oib3 semp oēm

sufficientiā habentes: abūdetis in omne opus bonū sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in sclm scli. Qui aūt administrat semen semināti et panē ad manducandū prestabit Et multiplicabit semē vestrū et augebit incremēta frugū iusticie vre. Gr. Probasti dñe cor meū ꝫ visitasti nocte V. Igne me examinasti et nō est iuenta in me iniquitas Alleluya V. Leuita laurentius bonū opus opatus ē q̄ per signū crucis cecos illumiauit. Sequentia.

Stola iocūditatis allā. Induit hodie dñs militē suum laurentiū. Solito plaudat alacrius cōcio leta fideliū. Hodie martir insignis hostiā deo placentem obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus ptulit. Aiatus ad certamē monitu bti senis. Grauissimis non refugit exhibere membra penis. Ante regem accersitur et de reb⁹ cōuenit occultis ecclie. Sed non cedit blandimentis emollitur aut tormentis eius auaricie. Ludit valerianus ꝫ leuite larga mau⁹ dū petit inducias. Dat minister caritatis paupibus cōgregatis facultatū copias. Fuerit igit prefectus et parat ardēs lectus isultātis viscera crates vrit aspera. Sudat martyr in agone spe mercedis et corone que datur fidelibus pro xpo [illegible]rtātibus. De cuius militia celi gaudet curia. Qr vicit hodie mistros nequicie Ut hūc ergo per patronū ꝯsequamur vite donū. In illi⁹ festo chorus nr let⁹ esto. Iocūdū in ecclia. Decātās allā. Euāg. Nisi granū in cōi fo. iiii. Offr. Cōfessio et pulcritudo i cōspectu ei⁹ sctitas ꝫ magnificētia i sctificatiōe ei⁹. Secre.

Ut tuis dñe mysteriis digni reddamur illa q̄sum⁹ vitas nos illuminet semp et foueat q̄ in bti laurētij martyris tui corde flāmā sue cōfessionis accendit: iesus christus filius tuus dñs nr. Qui tecū. Cōio. Qui michi ministrat me sequatur et vbi ego sum illic ꝫ minister meus erit Postcōmunio

Sacro munere satiati supplices te dñe deprecamur: vt qd debite seruitutis celebramus officio: intercedēte btō laurētio martyre tuo saluationis tue sētiamus augmentum. Per dñm nostrum.

¶ Sācti tyburtii martiris. Offm.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo dñi i atriis dom⁹ dei nri. Ps. Bonū est cōfiteri dño ꝫ psallere noi tuo altissime Or

Beati tyburtii martyris tui nos dñe foueant cōtinuata presidia qr non desinis propicius intueri q̄s talibus auxiliis cōcesseris adiuuari. Per dominum [illegible]

Mēoria de sancto laurētio. Eplā Doctrinis variis. in cōi folio. v. Gr. Iust⁹ nō cōturbabit qr dñs firmat manū eius. V. Tota die miseret et cōmodat: et semen eius in bñdictione erit. Allā. V. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide pcioso. Euāg. Si q̄s vult. i cōi fo. iiii. Offr. Posuisti dñe i capite ei⁹ coronā de lapide pcioso: vitā petiit et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Grata tibi sint dñe hec sacrificia: que in sancti tyburtii martyris tui passiōe deferunt: cuius i tercessiōe q̄s salutaria nobis efficiant. p. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsū et tollat crucē suā ꝫ sequat me. P[illegible]

Quesumus o͞ps de⁹ vt iterne niēte btō tyburcio martyris tuo: et tua i nobis dona multiplices et misericorditer largita conserues. Per dñm. ¶ Sācti ypoliti sociorũq3 eius martir. Officium.

Iusti epulentur et exultent in conspectu dei et delectentur in leticia. ps Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius Oratio.

Da q̄s o͞ps de⁹: vt btī ypoliti martyris tui sociorũq3 eius veneranda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutem. Per do.

Memoria de scto laurentio. Ep͞la. Iusti aũt in ppe. in cōi fo. vi: Gr. Iustorꝫ aie i manu dei sūt: ⁊ nō tāget illos tormētũ malicie. V̄. Uisi sūt ocłis isipiētiũ mori illi aũt sūt i pace. Al. V̄. Scti ⁊ iusti i dño gaudete vos elegit de⁹ i hereditatē sibi Si dñica fuerit dr̄ seq̄ntia de cōi plurimorꝫ martyrũ. fo. vii. Euāg. Attēdite a fermento. in cōi fo. viii. Offr̄ Anima nr̄a sicut passer erepta est de laq̄o venātiũ. laqueus cōtritus est et nos liberati sumus. Se.

Respice q̄s dñe munera populi tui in sctōrũ martyrum suorum ypoliti sociorũq3 ei⁹ honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per dñm. Cōio. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his q̄ vos persequũtur. Postcōio.

Quos tuis dñe reficis sacramentis sctōꝝ martyrũ tuoꝝ ypoliti sociorumq3 eius attolle benignus suffragiis: vt nr̄e redemptionis effectum et misteriis capiamus et moribus. Per dominũ ¶ In vigilia assumptionis beate marie virginis. Ad missam. offm̄.

Salue sācta parēs enixa puerpera regē qui celũ terrāq3 regit i scl'a seculorum. ps Bñdicta tu in mulierib⁹ ⁊ bñdict⁹ fructus vētris tui. In hac vigilia nō repetat offi. post psal. sed post Gloria patri. et Sicut erat' tm̄ Ad hanc missam de vigilia dicit' cantus ferialis super Kyrie. Sctũs. ⁊ agnus nisi dñica fuerit: tũc enī dr̄ cantus sup Kyrie Glia in. eexcelsis Sctũs ⁊ Agnus et Ite missa est. sicut in festo tri. lec. in regie cho. ⁊ dr̄ missa i capl'o

Deus q̄ virginalē aulā Orō btē marie in qua habitares eligere dignatus es: da: q̄s vt sua nos defēsione munitos iocundos faciat sue itereesse festiuitati. q̄ vi.

Memoria de sancto eusebio. Or.

Deus qui nos btī eusebii confessoris tui ānua solēnitate letificas: cōcede ppicius: vt cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ

Memoria de sancto laurentio

Lectio libri sapientie eccl'a. xxiiii.

Ab initio et ante scl'a creata sum: et vsq3 ad futurũ secl'z nō desinā: ⁊ in habitatione sctā corā ipso mistraui. Et sic in syon firmata sũ: et in ciuitate sāctificata similiter requieui et in hierl'm potestas mea. Et radicaui i pp'lo honorifi cato et in partes dei mei hereditas illi⁹. Et in plenitudine sāctoꝝ detētio mea. Gr. Bñdicta et venerabilis es virgo maria: q̄ sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V̄. Uirgo dei genitrix quē totus nō capit orbis i tua se clausit viscera factus hō Si dñica fuerit dr̄ Al. V̄ Post partũ virgo inuiolata pmāsisti dei genitrix itercede p nobis. Secundum lucam. xi. capi.

Fi.ii.

IN illo tp̄e Loquente iesu ad turbas: extollens vocē q̄dā mulier de turba dixit illi Beatus venter qui te portauit: et vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo: beati qui audiunt verbum dei ꝑ custodiunt illud. Offer. Felix nāq̄ es sacra virgo maria ꝑ omni laude dignissima q: ex te ortus est sol iusticie christus deꝰ noster. Et dicitur hac die sine allelupa nisi do. fue.

MUnera nostra dn̄e q̄s Sec. apud clemētiā tuā dei genitricis commendet oratio quam idcirco de presenti seculo transtulisti vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per domi. Alia secreta de sancto eusebio.

SAncti eusebii confessoris tui interuentu dn̄e tibi seruitus nostra complaceat et oblatio presentium munerum fiat presidium deuotorum. Prefatio quotid. dicitur. Coio. Alma dei genitrix succurre precantibus cūctis nos quoq; vna precamur supplices vt tuis precibus adiuti laudemus trinitatem Postcommunio.

COncede q̄s misericors deus fragilitati nr̄e presidiū vt q̄ sctē dei genitricis et virgis marie requiē celebramꝰ itercessionis eius auxilio a nr̄is iniquitatibꝰ resurgamꝰ P e. Alia postcōio de scto eusebio

LEti dn̄e sūpsimꝰ sacramēta celestia: q̄ nobis itercedēte btō eusebio cōfessore tuo sētiamꝰ vberius ꝓfutura. Per. ¶ In die assumptionis beate marie. Offm.



GAudeamus omnes in domino diem festum celebrātes sub honore marie virginis de cuiꝰ assūptiōe gaudēt angeli et collaudāt filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū dico ego opa mea regi Kyrie. Deus creator. Oratio.

VEneranda nobis domie hu ius festiuitas: opem conferat sempiternam in qua sancta dei genitrix mortem subiit tēporalez nec tamen mortis nexibus deprimi potuit que filium tuum dominum nostrum de se genuit incarnatū Qui. Lcō libri sa. ecclia. xxiiii

IN omnibus requiem quesiui: et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo et dixit michi. In iacob inhabita et i israel hereditare: et in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in monte syon Quasi palma exaltata sum in cades: ꝑ quasi plantatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa in campis: et quasi plantanꝰ exaltata sū iuxta aquā in plateis. Sicut cynamomum et balsamū aromatizās odorē dedi. Quasi mirra electa. dedi suauitatem odoris. Alia epla. p oct. Lectio libri sapientie. Cāticorū. iii. et. iiii.

EGredimini et videte filie syon regem salomonem in diademate quo coronauit euz mater sua in die desponsationis illius et in die leticie cordis eius. Quam pulchra es amica mea: q̄ pulchra es et decora: oculi tui colūbarum absq; eo quod intrinsecus latet.

Tota pulchra es amica mea. & macula non est in te. Ueni de libano sponsa mea: veni de libano veni. Quam pulchre sũt mãme tue: soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino et odor vnguentorum tuorum sup oia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa mel et lac sub lingua tua & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Ortus cõclusus soror mea sponsa: ortus conclusus fons signatus. Emissiones tue paradisus malorũ punicorũ: cũ pomorũ fructib9. Fõs ortorũ puteus aquarũ viuentium: q̃ fluũt impetu de libano. Ueni in ortũ meum soror mea sponsa / messui myrrã meam cum aromatibus meis Una est columba mea perfecta mea vna est matri sue electa genitrici sue. Uiderunt eam filie syon: et beatissimã predicauerunt. Regine et concubine laudauerunt eam. Que est ista que pgreditur quasi aurora consurgens / pulchra vt luna electa vt sol / terribilis vt castrorum acies ordinata. Quam pulchra es et q̃ decora carissima in deliciis: statura tua assimulata est palme; et vbera tua botris. Et legantur alternis vicibus per octa. videlicet vna die. In omnibus requiem. Et altera die. Egredimini. Ita tamen q̃ in dñica infra octa. et in oct. die dicit̃ Eplã. In oĩb9 requiẽ. Gr. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ & iusticiã & deducet te mirabiliter dextera tua. V9. Audi filia et vide & iclina aurẽ tuã q2 cõcupiuit rex speciem tuam. Alleluya. V9. Hodie maria vgo celos ascẽdit gaude te quia cũ christo regnat in eternũ. Sequens. Alleluya. dicitur quotidie per octa. nisi in dominica et in oct. die. tũc vbo dr. Assicut in pma die. Alleluya. V. Assũpta est maria in celum: gaudent ãgeli et collaudantes benedicunt dñm. Sequentia.

Aurea virga prime matris eue: florens rosa processit maria. Oriẽs vt lucifer inter astra etherea per pulchra vt luna. Fragrascit vltra oia balsama pigmenta et thimiamata. Purpurea vt viola roscida vt rosa cadens vt lilia. Patris summi quam elegit proles deica. Ut assumeret carnẽ sacrosanctam ex virginis carne incorrupta. Celsus nunciat gabriel noua gaudia. Eterni regis exortum in terra: matremq3 eius ita salutat. Aue maria domini mei mater alma celica plena gratia. Et dicitur trina vice. Tu bñdicta regem in secula paries effecta orbis regina. Fecunda ergo inquit quomodo esse queã: cũ virum non agnoscã: ex quo sum nata et semp permanẽs vgo pudica. Ne timeas respõdit angelus sanctũ pneuma descendet in te casta: quo fecunda paries deũ et hoiem vna. O vere sctã atq3 amãda ex qua est orta redẽptio nostra salus quoq3 mundi veraq3 vita. O dei nostri genitrix pia suscipe nostra hac die precata i qua es assumpta ad celi claustra. Tu es enim pẽi cara tu es iesu mater bona: tu sancti spiritus es templũ facta. Tu es pulchra dei sponsa tu regem christum enixa dña es in celo et in terra. Hodie namq3 curie celestis tibi obuia agmina te assumpserũt ad palatia stellata Jesus & ipse festinus tibi matri cũ angelis occurens sede paterna secum locauit i secula. Iã cũ deo regnans nr̃a excusa clemens mala poscens cuncta bona o benigna:

Mediatrix nostra que es post de-
um spes sola: tuo filio nos repre-
senta. Ut i poli aula leti iubilem⁹
alleluya. Secundum lucam. x. ca.
In illo tpe: Intrauit iesus
in quodda castellū et mulier
qdā martha noie excepit illū in do
mū suam Et huic erat soror noie
maria: que etiā sedēs secus pedes
dñi audiebat verbum illius Mar
tha autē satagebat circa frequens
ministerium. Que stetit et ait Dñe
nō est tibi cure q soror mea reliqt
me solam ministrare. Dic ergo illi
vt me adiuuet. Et rñdens dixit il-
li dñs. Martha martha: solicita
es: et turbaris erga plurima. Por
ro/ vnū est necessariū. Maria op-
timā partem elegit: q non auferet
ab ea. Credo. Offr. Diffusa est
gra i labiis tuis: ppterea bñdixit
te de⁹ in eternū et i sclm̄ seculi. Se.
Grata tibi dñe qs munera
nra efficiat btē dei genitricis
orō: quā et si pro cōditione carnis
migrasse cognoscimus i celesti glo
ria: pro nobis apō te iugiter orare
sentiamus. Per. Prefa. Et te in
assumptione. Hec prefatio dicitur
quotidie per octa. et in octa. Cōio
Beata viscera marie virginis q por
tauerūt eterni patris filiū. P⁹cō.
Mense celestis participes ef-
fecti imploramus clementiā
domine deus nr vt q festa dei geni
tricis colimus: a cūctis malis imi
nētibus eius itercessionibus libe-
remur. Per eūdē. Quotidie per
ebdomadā dicit eadē missa, cū pro
priis sequentiis sed sine. Credo.
tamē i dñica dicit Credo et i octa.
die si do fuerit. Scda die. Seqn.
Post partum virgo maria
Dei genitrix fecunda gra to
nantis plena. Aue terrarum dña
alma celorū regina. Tibi ethera
oisqz sctōr turma depromat sym-
phonia. Tellus flumina atqz sil-
uarum nemora resultet voce sua.
Salue parēs inclita felix puerpe-
ra Per te lux et veritas mundo est
edita. Tu iesū papilla lactasti sa-
cra extās virgo feta mater intacta
Unde nostris eya faue votis dña
xpm interpellans p salute huma-
na Per te mater aboleri filior fla
gitamus crimina Nosqz oes intro
duci sempiterna paradisi gaudia
Quo perennis vite perfruamur
gloria. Tercia die sequentia.
Aue maria gra plena. Dñs
tecū virgo serena. Benedi-
cta tu in mulieribus. que peperisti
pacē hominibus et angelis gloriā
Et bñdictus fructus ventris tui.
Qui coheredes vt essem⁹ sui: nos
fecit per gratiā. Per hoc aūt aue
mūdo tam suaue ctra carnis iura
Genuisti plē nouū stella solē no-
ua genitura. Tu parui et magni
leonis et agni saluatoris xpi tēplū
extitisti: sed virgo intacta. Tu flo
ris et roris panis et pastoris virgi
num regina rosa sine spina geni-
trix es facta. Tu ciuitas regis iu-
sticie. Tu mater es mie. Theophi
lū reformās gre de lacu fecis et mi
serie. Ergo maris stella verbi dei
cella et solis aurora. Paradisi por
ta per quā lux est orta natū tuum
ora. Nos vt soluat a pctis et in re
gno claritatis q lux lucet sedula col
locet per scla. Quarta die sequen-
Letabundus exultet fidelis
chorus allā Regē regum in-
tacte pfudit thorus: res miranda
Angelus consilii natus est de vir-
gine sol de stella. Sol occasum ne
sciens: stella sēp rutilās sēp clara.
Sicut sydus radiū profert virgo

filiū pari forma. Nec sydus radio nec mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatus ysopo valle nostra. Verbū ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Isaias cecinit synagoga meminit nunq̄ tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus sibilinis versibus hec predicta. Infelix ppera. Crede vel vetera. Cur damnaberis gens misera. Quem docet littera Natum considera. Ipsum genuit puerpera. Quinta dei sequentia

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mundi dña que es sola castissima virginum regina. Salutis causa vite porta atq; celi refert a gratia Nam ad illā sunt nūcia olim facta angelica. Aue maria gr̄a dei plena per secula Mulierū pia agmina intra semper bn̄dicta. Virgo et grauida mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famia. In me quomodo tua iā fient nūcia. Viri noui nullā certe copulam. Ex quo atq; nata sū incorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferēs gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portans qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. Sexta die sequentia.

Aue mundi spes maria: aue mitis aue pia aue plena gratia. Aue virgo singularis que per rubrum designaris non passū icēdia. Aue rosa speciosa aue iesse virgula. Cuius fructus nostri luctus relaxabat vicula. Aue carēs simili mūdo diu flebili reparasti gaudium Aue cuius viscera contra mortis federa: ediderunt filium. Aue virginum lucerna perquam fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci et de cuius lacte pasci rex celorū voluit Aue gēma celi lumiariū Aue sācti spiritus sacrarium O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis hec est virginitas In qua per spiritum facta paraclitum: fulsit fecūditas. O q̄ sancta q̄ serena q̄ benigna q̄ amena esse virgo creditur Per quam seruitus finitur porta celi aperitur et libertas redditur. O castitatis lilium tuum precare filium qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vicio in flebili iudicio subiiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mundās a paccati fece. Collocet i lucis domo. Amē dicat oīs homo. Septima die octabar sequentia.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria Decantemus in hac die semp virginis marie laudes et p̄conia. Omis homo omni hora: ipsā ora et iplora eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto cordis oris voce voto aue plena gratia. Aue domina celorum in experta viri thorum parēs pacis nescia. Fecundata sine viro genuisti modo miro genitorem filia. Florens ortus austro flante porta clausa post et ante via viris in via. Fusa celi rore tellus fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti tu caliginose mēti desuper irradia Placa mare maris stella ne inuoluat nos procella et tempestas obuia. Tercia die ifra oct. assūp. dē missa in capl'o de oct. sct̄i laurētii. Offi.

Probasti domine cor meū et visitasti nocte igne me examinasti et non est inuē

ta in me iniquitas. psalmus. Exaudi domine iusticiam meam itende deprecationem meam. Oratio

Beati laurentii martyris tui nos faciat dñe passio veneranda letantes et vt eã sufficienter recolamus efficiat promptiores Per. Epl'a. Qui parce seminat. vt s. i die. Gr. Posuisti dñe sup nos caput ei⁹ coronã de lapide pcioso. Desideriũ aie ei⁹ tribuisti et volũtate labior ei⁹ nõ fraudasti eũ. Al. Leuita laurẽtius bonũ op⁹ opat⁹ est qui p signũ crucis cecos illuiauit. et thesauros ecclie dedit pauperibus. Si vigi. i do. eue. hac die dicit sequẽs. Allã. Leuita laurẽti⁹ bonũ op⁹ opatus est q̃ p signũ crucis cecos illuiauit. Scdm matheũ. x.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Qui amat patrẽ aut matrẽ plusq̃ me nõ est me dignus Et q̃ amat filiũ aut filiã super me nõ est me dign⁹. Et qui nõ accipit crucẽ suã et sequit me: non est me dignus. Qui inuenit aiam suã pdet illã. Et q̃ pdiderit aiam suã pter me iueniet eam Qui recipit vos: me recipit. Et q̃ me recipit: recipit eum q̃ me misit. Qui recipit pphetã in noie pphete: mercedã pphete accipiet. Et q̃ recipit iustũ in noie iusti mercedem iusti accipiet. Et quicunq̃ potũ dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tãtũ i noie discipuli: amen dico vobis non pdet mercedẽ suã. Offer. In vtute tua dñe letabit iust⁹ et sup salutare tuũ exultabit vehement desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei. Se.

Beati laurẽtii martyris tui honorabilẽ passionẽ muneribus dñe geminatis exequimur que licet propriis sit memoranda principiis/indesinẽter tamen pmanet gliosa. p. Cõ. Posuisti dñe i capite ei⁹ coronã de lapide pcioso. p⁹

Salutare nobis q̃s itercessio beati laurentii martyris tui prestet auxiliũ vt celestis mẽse participatio quã sumpsimus tribuat ecclesie tue recensitam leticiã. p. Sciendũ est q̃ quãcũq; oct. sancti laurẽtii in do. cõtigerint. missa de ipis oct. in illa do. in capl'o dr̃ nisi cum fuerint. xxvi. vel. xxvii. do. a Deus oim. vsq; ad aduentum dñi tuc eni ibi vna missa dñicalis diceat. Dñica infra oct. assũptionis ad missam oia fiãt sicut in prima die more simplicis festi. ix lect. ita tñ q̃. Kyrie. Glia in excelsis. Seqñtia Sctũs. et agn⁹. per ordinem dñic. Quarta die infr. octa. fiat mẽo. de sctõ agapito mar. Or.

Letet ecclia tua de⁹ bti agapiti martiris tui confisa suffragiis: atq; pcib⁹ ei⁹ gliosis et deuota pmaneat et secura cõsistat. P. Se.

Pro beati agapiti martiris tui passione veneranda hostias laudis tibi dñe imolantes q̃s vt ei⁹ orõnibus placeant p cuius meritis offeruntur: p. p⁹ cõ.

Repleti q̃s dñe deus nr̃: vt sacramenti tui virtute pcepta itercessiõe beati martyris tui agapiti tãto munere digni reddamur Per. Quinta die infra octa. fiat mẽo. de sctõ magno martyre. Or.

Adesto dñe supplicationib⁹ nr̃is vt itercedente btõ magno martyre tuo ab hostium nos defẽde ppiciat⁹ incursu. p. Secr.

Oblatis tibi dñe q̃s fidelium tuorum muneribus intende propicius: et vt nullius irrita postulatio nulli⁹ mane sit votũ: gloriosi martiris tui magni desideratũ nobis prebe subsidiũ. p. p⁹ cõ.

Ua sacta sumentes q̃s dñe ut beati magni martyrꝭ tui nos foueant continuata presidia. Per. ¶ In oct. assump. btē marie ad missā oia fiant sicut in prima die more simplicis fes. ix. lec. et dr̄ super Kyrie. cātus. Kyrie. omps. dr̄ etiam. Spūs et alme. a trib⁹ de superiori gradu in suppellicijs ad gradum chori: ⁊ dr̄ Sctūs. cū hac aditiōe. Benedictus marie filius Et fiat memoria de martyribus timotheo et simphoriano. Oratio.

Auxilium tuū nobis q̃s dñe placatus impēde: et intercedentibus beatis martiribus tuis timotheo et simphoriano dexteram super nos tue propiciationis intende. Et dicitur ista sequentia

Ave preclara maris stella in lucē gentiū maria diuinit⁹ orta. Euge celi porta que nō apta veritatis lumē ipsum solē iusticie indutū carne dulcis in orbem Uirgo decus mūdi regina celi: preelecta ut sol pulcra lunaris ut fulgor agnosce omnes te diligentes. Te plenam fide virgam alme stirpis iesse nasciturā priores desiderauerūt patres ⁊ prophete Te lignum vite sacro rorāte pneumate parituram diuini floris amigdalum signauit gabriel. Tu agnū regem terre dñatorē moabitici de petra deserti ad montē filie syon traduxisti. Tuq; furētē leuiathā serpentē tortuosumq; et vestē collidens dānosū crimine mundū exemisti. Hinc gentiū nos reliquie tue sub cultu mēorie. Mirū in modū quē est enixa ppiciationis agnum regnātē celo eternaliter reuocamus ad arā mactādū misterialiter Hic māna verū israelitis. Ueris veri abrahe filiis. Admirātibus quōdā moysi qd̄ tēpus figurabat iā nunc abducto velo datur pspicioza virgo nos illo pane celi dignos effici. Fac igni sancto patrisq; verbo qd̄ rubus ut flammam tu portasti virgo mater facta pecuali pelle discincto pede mundiis labiis cordeq; porpiuquare. Fac fontē dulcem quem in deserto petra premōstrauit degustare quem sincera fide renesq; succingi lotos in mari anguem encum in cruce speculari Audi nos nā te fili⁹ nichil negans honorat. Salua nos iesu p quib⁹ virgo mater te orat. Da fōtē vite viscere: da puros mentis oculos in te defigere. Christianissimi fidem opib⁹ redimere vtōq; fide Ex hui⁹ incolatu scti auctor ad te transire.

Accepta tibi sit dñe Secreta sacrate plebis oblatio pro tuorū honore sanctorū quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscat auxilium. Per. Postcō.

Sacro munera satiati quesumus oēs de⁹: ut interuenientibus sctis martyribus tuis timotheo et simphoriano nos oēs sctōrum tuorū iubeas assisti collegio. In vigilia scti bartholomei apli: q̃re oia in cōi vni⁹ apli et fiat mēo de martiribus timotheo ⁊ appollinare cū orone de cōi. Si hec vigilia in dñica euenerit nichil fiat de vigilia prepter meōriam ¶ In die sācti bartho lomei apostoli. Offm.

Michi autē nimis honorati sūt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps Domine pbasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. Oratio

Omnips sempiterne deus qui hui⁹ diei venerādā sctāmq;

leticiam in vti bartholomei apli tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue q̄s: et amare qđ credidit: et pre dicare qđ docuit. Per. Memoria de sancto audoeno epo. Oratio.

Deus qui perēnē gl'iam sanctissimi confessoris tui atq; pontificis audoeni aie cōtulisti: tribue q̄s ei⁹ nos apđ te ita patrocinijs subleuari vt cū eo vitā possideamus eternam. p. Eplā. Jam non estis. in cōi. fo. i. Gr. In oēm terrā exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrant gloriā dei. et opa manuū eius annūciat firmamētū. Allā. V. Nimis honorati sūt amici tui de⁹ nimis cō fortatus est pricipatus eorum. Seq. Clare sctōrum. in cōi fo. ij. Euang. Facta est cōtētio. in cōi fo. ii. Credo Offr. Cōstitues eos principes sup oēm terrā: mēores erūt nois tui in oi progenie et generatione. Se.

Beati apli tui bartholomei domine solēnia celebrantes tuā clementiam deprecamur: vt eius auxilio tua beneficia capiam⁹: in cuius veneratione tibi laudis hostias immolamus. Per dn̄m no.

Alia secreta de sancto audoeno.

Oblata q̄s dn̄e munera fidelis populi meritis beatissimi audoeni cōfessoris tui atq; pontificis tibi reddantur accepta vt ab oi cogitatione pcti eisdē qb⁹ famulamur misterijs: clemēter emūdari mereamur. p. Prefa. Et te dn̄e. Cō. Vos q̄ secuti estis me sedebitis super sedes iudicātes duodeci tribus israel dicit dominus. Postcō

Sumptis salutaribus sacramentis pro solennitate beati apli tui bartholomei supplices deprecamur: vt que predicauit et credamus pariter et sequamur. Per.

Alia postcōio de sancto audoeno.

Mense celestis participatione vegetati supplices te rogamus oms deus: vt sicut de beati audoeni perpetua glorificatione annua celebritate gaudemus ita ipsius apud te intercessione ab oi mereamur aduersitate defendi. p.

Sancti ruphi martyris. Offm.

Iustus non cōturbabitur quia dn̄s firmat manum eius tota die miseret et cōmodat et semē ei⁹ i bn̄dictiōe erit i'eternū cōseruabit. ps. Noli emulari i malignātib⁹: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Or.

Adesto dn̄e supplicationibus nostris: vt beati ruphi martyris tui intercessionib⁹ cōfidētes nec nimis aduersātiū nec vllo conturbemur incursu. p. Eplā. Btūs vir q̄ in sapiētia. in cōi. fo. iii. Gr. Iustus nō cōturbabitur q; dn̄s firmat manū eius. V. Tota die misere et cōmodat et semē eius in bn̄dictionibus erit. Allā. V. Btūs vir q̄ timet dn̄m in mādatis eius cupit nimis. Euāg. Nichil opatū. in cōi fo. v. Off. In virtute tua dn̄e letabitur iustus et sup salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Hostias tibi dn̄e ob honorem beati ruphi martyris tui offerimus suppliciter deprecantes vt sicut illi prebuisti sacre fidei cōfessionem: sic nobis indulgentiam largiaris et pacem. Per dominū. Cōio. Magna est glia ei⁹ i salutari tuo: gliam et magnū decorē impones super eum domine. P⁹cōio

Celesti munere saciati quesumus domine deus noster vt beati ruphi martyris tui meritis vbiq; nos adiuues. Per dominū.

¶ Sancti augustini episcopi et doctoris Ad missam: Officium.

Statuit ei dñs testamentum pacis: et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū Ps. Mias dñi: i eternum cantabo Deus q̄ beatū augustinū ecclesie tue i exponēdis scripture sacre mysteriis doctorem catholicū puidisti: da nobis: ei9 sp et doctrinis istrui et orōne fulciri. Per Meō. de sctō hermete mr. or Deus qui beatū hermetem martirē tuū virtute cōstantie in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue p amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. p. Epla. Dedit dñs. in cōi fo. xi. Gr. Dñe preuenisti eū in bñdictionib9 dulcedis posuisti in capite ei9 corona de lapide pcioso. V. Vitā petiit & tribuisti ei lōgitudinē dierz i sclm sctl. Al. V. Justus germinabit sicut liliū & florebit i etnū āte dñm. Seq̄ Adest nobis dies alma. in cōi. fo. x Euangeliū. Vos estis sal terre in cōi fo. xi. Credo. Offr. Veritas mea et mia mea cū ipso: et in noie meo exaltabit cornu eius. Secre. Sancti cōfessoris tui atq3 pontificis augustini nobis q̄s dñe pia nō desit oratio: q̄ et munera nostra tibi ɔciliet: et tuā nobis idulgētiā semp obtineat. Per do. Alia secreta de sancto hermete. Munera nr̄a dñe q̄s propiciatus assume: et vt digne tuis famulemur altaribus sācti hermetis martyris tui nos intercessione custodi. Per d. Cōio. Btūs seru9 quem cū venerit dñs inuenerit vigilātem: amē dico vobis super oia bona sua cōstituet eum. Postcōio

Sumentes domine salutaria sacramenta quesumus: vt eius nos tribuas subsequi documenta cuius celebramus gloriosa solennia. Per dominum nostrū Alia postcōio. de sancto hermete. Repleti domine benedictione celesti quesumus clementiam tuam: vt intercedente beato hermete martyre tuo q̄ humiliter gerimus: salubriter sentiamus. p

¶ In decollatione sancti iohannis baptiste dicitur missa in capitulo de sancta sabina virgine statim post primam ante. iii. more solito et missa de sctō iohāne post. vi

¶ De sācta sabina virgine. Offm. Cognoui domine qz equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me confige timore tuo carnes meas: a mandatis tuis non me repellas. ps. Beati imaculati in via qui ambulant i lege dñi. Or Beate sabine virginis tue et martyris domine pcibus cōfidentes: quesumus clementiam tuam vt eius meritis et precibus ad eterna gaudia peruenire valeam9. p. Epla. Dñe deus. i cōi fo. xiii Gr. Diffusa est gratia i labiis tuis pp terea benedixit te deus ieternum. V. Propter veritatem et mā suetudinem et iusticiam & deducet te mirabiliter dextra tua. Alleluya V9. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Euangelium. Simile est regnum celorum thesauro abscondito. in communi, folio. xiiii. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Sec. Muneribus nostris domine te magnificamus oblatis

que nobis et btē sabine martyris tue patrocinia ꝑ sempiterna cōsiliēt gaudia. p. Cō. Principes psecuti sūt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meū letabor ego sup eloqꝫ tua sicut ꝗ iuenit spolia multa ꝯcupiuit aīa mea testionia tua dñe et dilexit ea vehemēter. postc.

Redēptionis nr̄e misteria celebrātes q̄s dñe deus noster vt btē sabine martyris tue meritis muniamur: et visionis tue glia ineffabili perfruamur. Per

Ad magnam missam. Officium

Gloria et honore corona sti eū: et cōstituisti eū super opa manuū tuaꝝ. p. Dñe dñs nr̄: ꝙ admirabile est nomē tuū i vniuersa terra

Sancti iohānis baptiste Or. et martyris tue dñe q̄s veneranda festiuitas salutaris auxilij nobis prestet augmentum. Per.

Nulla fiat meō. de scā sabina virgie vbi missa de ea pri⁹ cantata fuerit. Lcō. li. sapie. puer x. et xi.

Expectatio iustorum leticia: spes autē impiorum peribit Fortitudo simplicis via dñi: et pauor his qui operātur malū. Iust⁹ in eternum nō cōmouebitur: impii aūt non habitabūt sup terram Os iusti parturiet sapiētiā: et lingua prauoꝝ peribit Labia iusti cō siderant placita: et os impiorum peruersa. Simplicitas iustoꝝ diriget eos: et supplantatio peruersorū vastabit illos. Iusticia rectorū liberabit eos: et insidiis suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberatus est: et tradetur ipius p eo. Simulator ore decipit amicuꝫ suum: iusti aūt liberabūtur sciētia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: et in perditione ipioꝝ erit laudatio. In bñdictione iustorū exaltabit ciuitas Gr. Posuisti dñe sup caput eius coronā de lapide p̄cioso. V. Desideriū anime ei⁹ tribuisti ei: ꝑ voluntate labiorum ei⁹ nō fraudasti eum Allā. V. Misso herodes spiculatore p̄cepit amputari caput iohannis in carcere.

Sequentia. Sancti baptiste. Require supra in natiuitate eiusdem

Secundum marcum. vi. capitulo.

In illo tempore. Misit herodes rex manū et tenuit iohānem. ꝑ vinxit eum in carcerem propter herodiadem vxorem philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat eni iohannes herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui Herodias autem insidiabatur illi et volebat occidere eum nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem sciens eum virum iustū et sanctū et custodiebat eū Et audito eo multa faciebat et libenter eū audiebat. Et cum dies oportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principib⁹ et tribunis et primis galilee. Et cum introisset filia ipsius herodiadis et saltasset et placuisset herodi: simulqꝫ recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod vis: et dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Que cum exiisset dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cumqꝫ introisset statim cum festinatiōe ad regem petiuit dicens. Volo vt protinus des michi in disco caput iohannis baptiste Et contristat⁹ est rex propter iusiurandū: et ꝓpter simul discumbentes noluit eam cōtristari: sed misso spiculatore precepit afferri caput eius i disco. Et

decollauit eũ in carcere: et attulit caput eius in disco: et dedit illud puelle et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronã de lapide pcioso vitã petiit a te et tribuisti ei allã. Secreta.

Munera tibi domine pro sancti iohannis baptiste et martyris tui passione deferimus: qui dũ finit in terris factus est celesti sede perpetuus: quesumus vt ei⁹ obtentu nobis proficiant ad salutem. Per dñm nostrũ. Cõmunio Magna est glia ei⁹ i salutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ impones super eũ domine. Postcõmunio.

Conferat nobis domine quesumus sancti iohannis baptiste vtrũqz solennitas: vt et magnifica sacramenta que sũpsim⁹ prib⁹ nostris significata: veneremur et in nobis potius edita gaudeamus. Per. Sanctorum felicis et adaucti martyrum Officiũ

Sapientiam sanctorũ narrant populi et laudem eorũ nũciat: ecclesia nomina aũt eorũ viuent in seculũ seculi. ps. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. Or.

Maiestatem tuã domine supplices deprecamur / vt sicut nos iugiter sanctorum martyrum tuorũ: felicis et adaucti cõmemoratione letificas: ita semp supplicatione defendas. Per do. Epla. Iustorũ anime in cõi fo. vi. Grad. Iustorũ aie in manu dei sũt et nõ tanget illos tormẽtũ malicie. V̄s. Visi sũt oculis insipiẽtiũ mori illi autem sunt in pace allelupa. V̄s. Iusti epulent et exultent i conspectu dei: et delectẽtur in leticia. Euangelium Attendite a fermento. in cõi fol. viii. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde Secreta.

Hostias q̃s domine quas solenniter i molam⁹ pro martyrũ cõmemoratione sctõrũ clemẽter suscipe: et concede vt eorũ intercessione in quorũ honore offerẽtur veniam delictorũ consequi mereamur: P. d. Cõio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumie dicit dominus: et quod in aure auditis: predicate super tecta. Postcõmu.

Refecti domine sacris muneribus quesumus: vt intercedentibus sãctis martyribus tuis felice et adaucto in grãrũ sẽp actione maneamus Per do. Sancte cuthburge virginis. Officium

Dilexisti iusticiam et odisti iniq̃tatẽ: ppterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo leticie pre ꝯsortib⁹ tuis ps Eructauit cor meũ vbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus q̃ eximie castitatis priuilegio famulam tuã cuthburgam multipliciter decorasti: da nobis famulis tuis eius promerende intercessione vtriusqz vite prosperitatem vt sicut eius festiuitas nobiscum agitur in terris: ita per eius interuentũ nostri memoria apud te semp habeatur i celis Per do. Epla' Qui gloriatur. i cõi folio. xv. Gr Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. V̄. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Allelupa. V̄. Emulor enim vos dei emulatione despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo. Euangelium. Simile est reg. ce. decẽ. in cõi folio. xv. Offr.

Offerent regi virgines post eā pro xime eius offerent tibi. Secreta.

Altaria tua domine misticis muneribus cumulamus maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt ipsius adiuuantibus meritis carere mereamur cunctis contagiis. Per dñm nrm. Cōio. Diffusa est grā in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū

Celestibus sacra Postcōio. mētis refecti altaribus tuis domine deprecamur inclinati: vt que in solennitate beate cuthburge letanter percepimus: auxilio eius intercessionis nobis proficiant ad vtriusq3 profectum salutis Per. Scti egidii abbatis Offm

Os iusti meditabitur sapientiam et ligua ei⁹ loquetur iudicium: lex dei eius i corde ipi⁹. ps Noli emulari i malignātib⁹ neq3 zelaueris faciētes iniquitatē. Oratio.

Deus qui hodierna die beatum egidium confessorem tuum atq3 abbatem aulam regni celestis penetrare fecisti tribue q̄sumus: vt cui⁹ deuote gloriamur meritis eius nos sentiamus confoueri suffragiis. Per dñm nrm.

Meoria de scto prisco marty. Orō

Omnipotens sēpiterne deus fortitudo certātium et martyrum palma solennitatem hodierne diei propicius intuere: et ecclesiam tuam continua fac cele britate letari: vt intercessione beati prisci martyris tui omnium i te credētium vota perficias. p Eplā Iust⁹ cor suū. i cōi fo. xii. Gr. Os iusti meditabit sapientiā & lingua ei⁹ loquet iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipsius: & nō supplātabunt gress⁹ ei⁹. Al. V. Posuisti adiutoriū sup potētē: & exaltaui electū de plebe mea Seq. Adest nob. i cōi fo. x Euā. Nemo accēdit. in cōi fol. xii. Offr. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei dñe & volūtate labiorum ei⁹ nō fraudasti eū: posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. Se.

Muneribus nrīs dñe q̄s facti egidii confessoris tui atq3 abbatis intercessione gratiam tue placationis infunde: vt et collata nobis remedia tuearis et propicius conferēda largiaris. Per dominum.

Alia secreta de sancto prisco.

Altaribus tuis dñe munera pro commemoratiōe scti prisci martyris tui gratanter offerimus precantes: vt ipso intercedēte hec eadem nobis ad celestia promerenda proficiant. Per d. Cōio Fidelis suus et prudēs quē constituit dñs sup familiā suā vt det illis in tpe tritici mēsurā. Postcōmu.

Protege dñe populum tuū de tua mia confidentem: et quos celestibus refecisti mysteriis beati egidii confessoris tui atq3 abbatis intercessione: tuis muneribus assequendis effice promptiores Per dñm nostrum iesum

Alia postcōmunio de sācto prisco.

Refectam domine sacre participationis mysterio tuere q̄sum⁹ plebē tuam: vt beati prisci martyris solennia recolentē: celestis gratie largitate prosequere: vt visibilibus adiuta solaciis: ad inuisibilia bona ppici⁹ incitet. P.

Trāsla. scti cuthberti epi. Offi.

Statuit ei domin⁹ testamentum pacis: et principem fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū. ps. Misericordias domini in eternum cantabo Oratio

Presta nobis qs ops et misericors deus vt qui beati cuthberti confessoris tui atqz pontificis translationis die veneramur per ipsius suffragia pietatis tue semper beneficia consequamur. Per. Epla. Ecce sacerdos magnus qui in diebus. in coi fo.x. Gr. Iurauit dns et no penitebit eu tu es sacerdos ineternu secundu ordine melchisedech. V. Dixit dominus dno meo sede a dextris meis. Alla. V. Iustus germinabit sicut lilium: et florebit in eternum ante dnm. Si fiant ix. lec. dr. sequentia de coi fox. Euag. Ho qui da peregre de coi fo.xi. Offe. Veritas mea et mia mea cu ipso et in noie meo exaltabit cornu ei9. Se.

Hec munera qs dne bti cuthberti cofessoris tui atqz pontificis intercessioe sctifica et nos famulos tuos a pctoz oim maculis clemeter emunda. p. Coio Btus seruus que cu venerit dns inuenerit vigilatem: ame dico vobis sup oia bona sua costituet eu. Postco.

Ut hec coio nos dne tibi dignos efficiat: btus cuthbertus cofessor tuus et potifex cuius translationis die veneramur: suffragio quesumus pie intercessionis obtineat. Per dnm nostrum.

Sancti bertini abbatis. Offm.

Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudiciu: lex dei ei9 in corde ipsius. Ps. Noli emulari i malignatibus: neqz zelaueris facietes iniquitate. Oratio.

Omps sempiterne deus qui mirabiliter fulges in electis tuis qs te habitatore glorificare voluisti: da nobis qs bti bertini confessoris tui atqz abbatis ita digne solennia venerari: vt eius suffragatibus meritis teplu tuu mereamur fieri. p. Epla. Iustus cor suum in coi. fo.xi. Gr. Os iusti meditabitur sapientia et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei ei9 in corde ipsius: et no supplantabutur gressus eius. V. Amauit eu dominus et ornauit eum stola glorie induit eu. Euagelium Nemo accedit. in comuni fo.xi. Offe. Desiderium anime eius tribuisti ei dne: et volutate labiorum eius non fraudasti eu: posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Gratia spus sancti dne qs hec munera nostra assumat: et intercedente bto bertino confessore tuo atqz abbate vitam nostram irreprehensibilem custodiat: et nos ad celestia regna perducat. Per dnm. In vnitate eiusdem. Coio Fidelis seruus et prudens quem constituit dns super familiam sua vt det illis i tpe tritici mensuram.

Tribuant nobis qs Postco. domine continuum tua sancta subsidium quo beati bertini confessoris tui atqz abbatis precibus nos ab omnibus semper tueantur aduersis. Per dnm nostru.

In natiuitate beate marie offi.



Gaudeamus oms in domio die festu celebrantes sub honore marie virgis de cui9 natiuitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meu verbu bonum dico ego opera mea regi. Oratio.

Supplicationem seruoz tuorum deus miserator exaudi vt qui in natiuitate dei genitricis: et virginis congregamur: eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem.

Lectio libri sapie. Eccliã. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: et flores mei fructus honoris & honestatis Ego mater pulchre dilectionis et timoris: et magnitudinis et sācte spei. In me gratia oīs vie et veritatis in me oīs spes vite et virtutis. Trāsite ad me oms qui cōcupiscitis me: et a generationibus meis iplemi. Spiritus eni meus super mel dulcis et hereditas mea super mel et fauū. Memoria mea in generatiōe seculorū. Qui edūt me adhuc esurient: & qui bibūt me adhuc sitient. Qui audit me non cōfūdet: et q̄ opant in me non peccabunt. Qui elucidant me: vitam eternam habebunt. Alia epla per octa. Lectio libri sapientie. iiii. c

O Quam pulchra est casta generatio cum claritate. Immortalis est eni meōria illius: qm̄ apud deum nota est et apud hoīes Cū presens est imitant illā: et desiderāt eā cū se eduxerit. et in ppetuū coronata triumphat: in coinquinatorū certaminū pmium vincens. Multigena eni ipiorum multitudo nō erit vtilis. et spuria vitulamina non dabunt radices altas nec stabile firmamētū colocabunt Et si in ramis in tpe germinauerint infirmiter posita a tanto commouebūtur: et a nimietate ventorū eradicabunt. Cōfrigētur enim rami incōsūmati: et fructus illorū inutiles et acerbi ad manducandum et ad nichilū apti. Ex iniquis eni oēs filii q̄ nascunt: testes sunt nequitie aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autē si morte pˀoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Et legātur he due eple alternis vicibus per oct. vna die

Ego quasi vitis. et altera die. O q̄ pulchra. Ita tamē q̄ in die dñica infra oct. et in die oct. Ego q̄si. Gr. Audi filia & vide et iclina aurē tuā qr cōcupiuit rex speciē tuā. V. Specie tua & pulchritudine tua: itende psepere procede et regna. Allā. V. Natiuitas gloriose vginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda: clara ex stirpe dd. Seqns Al'a V. Per te dei genitrix. dr̄ quotidie p oct. nisi i dñica & i oct die: tūc ei. dr̄ Alla. sicut i pma die. Al. V. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data q̄ de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorē. Seq̄

